



I  
JOANNIS  
RENODEÆI MED.  
PARIS. INSTITV-  
TIONVM PHARMA-  
CEYTICARVM

LIBRI QVINQVE.

De medicamentorum electione

LIBER PRIMVS.

CAPUT I.

Quid Pharmacia, & eius utilitas.

**B**HARMACIA [Cor.] do idipsum perpetuo consequi minime potest; Tum quia hominis vita breuis est, [Cels. cap. 1. lib. 1.] est se- cunda Medicina cura tricis pars, qua per medica- dimenta [Gal. com. ad part. 1. 6. li. 1. de vita. acut.] ab soluitur. Vel, est ars, qua modum do- cet medicamenta seligendi, preparandi, & mi- cendi. In his siquidem tribus tota Phar- macopeæ doctrina consistit, qua salutare morbo omni pollicetur subsidium: Rerum enim optima parens Natura, suum cuique contrarium opposuit, sed fatiscentis natu- ræ [Fernel. prefat. ad lib. 4. Meth.] hebetu-

Amplissima igitur patet materiae medi- camentarie seges, qua & terræ viscera gra- Medica ma-  
tories am-  
plissima.  
A riati,

## I N S T I T U T I O N V M

riat, nihilque in aere volitat, aut voluitur, aut in aqua natat, vel nascitur, quod non trahi queat in hominis solitum. Nam ex angue [Galen. cap. 1. lib. 11. de simplic.] s̄epe sanitas, ex luto leuamen, ex fimo morborum profligatio: Ex medicamentis aliamenta, [exp. 17. lib. 3. simplic.] ex aliamentis [Hippocr. libr. de aliament.] medicamenta s̄epe depromuntur.

*Pharmacia dignitas.*

*Antiquitas.*

*Reges olim multis medicamenta parasse.*

*Darius quanti medicamenta duxerit.*

pixidem, aut paruulam lagenam oleo plena aut balsamo, sed officinam pharmaceuticam circumferriubent, pr̄sidiorum omni genere refertam, quibus & se & totum exercitum ab ingentibus malis & morte s̄epe liberant. Hinc Medici Dii tutelares, vel, ut cum Galen lib. de Med. cap. 3. loquar, Deorum filii merito perhibentur: hinc medicamenta Deorum manus Herophilus libr. 6. comp. med. locis. vocat, quod pr̄sentī quasi numine & sanandi celeritate ægros ab interitu vindicent. Vnde Antidotus quādam Itertio appellatur, quod parem Deo vim obtineat: Et apud Mirepsium cap. 280 sect. 1. de Antidot. cuiusdam descriptio legitur, cui cum morbi cedant quamplurimi [cap. 243] SANITAS nominatur. Ob vires tot egregias ab eodem alia describitur, dicta THEODORETOS, [cap. 214. 215. 216 Mireps.] quasi munus diuinum, immixtum cœlitus morbis interioribus abigendis, vt Emplastrum diuinum externis.

Et vero Pharmacia encomo multo celebra, quæ Medicinæ instrumenta, medicamenta nempe, suggredit ac ministrat. Vtramque enim à mundi primordio non solum extitisse, sed ab altissimo ortam Sacra pagina testantur, Eccles. 38. Animantiamque, stirpes, vniuersamque medicam materiem Dei creauit, 1. Genes. qua prioris saeculi Magnates sue sanitati feliciter propiciando multos ad annos ætatem duxerunt.

Ægrotauit vsque ad mortem Rex Ezechias, cap. 20. lib. 4. Reg. & Elsaia pr̄scripto malagmate ex sicibus super affecta parte admoto conualuit.

Ab omni peste & veneno sese vindicauit Mithridates, [Galen. lib. 2. de Antid.] antidoto, quæ ab ipso nomen habet, cui cum cessisset toxicum sumptum, ferro in viscera adacto sibi mortem consciuit.

Regium quidem olim putarunt Imperatores, medicamenta parare, vel parata secum ferre, & his offerre, quorum gratiam aucupabantur. Eam ob rem vnguenti & aromata Cambyses misit Ægyptiorum regi, quibus suam optime tueretur sanitatem. Praestaret enim Regem, vel Duxem militum in castris esse sine clypeo & casside, quam sine medicamentis. Hinc sapienter multipliū faciunt aliquod salutare medicamentum, quanu thesaurum. Aiunt, Darium tantifecisse quoddam balsamum, vt non modo inter preciosissimam supelle- etilem reponeret, sed cunctis opibus pr̄poneret. Idem scribitur de Tiberio Imperatore, qui trochicos ad herpetas apud se perpetuo seruabat.

Nunc vero Reges ad castra non modo

Medici Dij  
tutelares.  
Medici Deo-  
rum filii.

Emplastrū  
diuinum.

Infinita pene ac miranda virtutis è suo penu medicamina promit ars Pharmaceutica, quibus nulla domus, aut ciuitas, sine magna ciuium iactura & Reipubl. detrimento carere potest. Hac siquidem arte noluit Deus carere tabernaculum testimoniū, quod vnxit Moses c. 30. Exod. vnguento sancto, ex myrra, cinnamomo, ca- Vnguentum  
lamo, cassia, & oleo, opere vnguentarii sanctum. composito.

Magni quoque duxit Pharmaciam Ioseph, qui mortuo patre Iacob, [Gen. c. 50.] pr̄cepit seruū suis & pharmacopeis, vt corpus eius aromatis condirent. Non vulgari igitur commendatione digna est Pharmacia, quæ sano corpori conseruationem, ægrotanti salutem, mortuo honorem praeficit.

C A P . II.  
Quid Pharmacopeus, qualis esse debeat,  
quale itidem illius subiectum,  
obiectum, & finis.

V T à manuum opera, qua quis dextere, Chirurgus

æc

*quis dicatur, & quid  
externis, Chirurgus; sic ab arte ea, quæ  
præstet.*

*Pharmacopæus.  
Pharmacopolæ.  
Apothecarii.*

*Seplasia-  
virus.*

*Vita & probi-  
tatem in  
Pharmacopœo  
deside-  
rari.*

*Qualis esse  
debeat Phar-  
macopæus.*

*Indigni  
Pharmaco-  
pæi qui.*

*accito, tuto, & iucunde morbis medetur  
externis, Chirurgus; sic ab arte ea, quæ  
pharmacæ docet facere, vel potius compo-  
nere, Pharmacopæus nominatur: ut Phar-  
macopolæ, qui rudes ac magna ex parte sim-  
plices medicamentorum materias, præser-  
timq; exoticas vendit. Vocatur & Apotha-  
carius ab apotheca, id est, à loco, in quo  
medicamenta reconduntur & vñeunt;  
olim Seplasiarius, à Seplasia, foro Capuæ,  
in quo vnguentæ optima conficiebantur.  
Sed hæc nomina sæpius indistincte vñ-  
suntur, eorumque est inanis concertatio,  
quando res ipsa intelligitur.*

*Vix autem probitas non tam in Philo-  
sopho, quam in Pharmacopœo, qui vel tu-  
endæ, vel resarcientæ sanitatis gratia, me-  
dicamenta parat & porrigit, expeditur; in  
eius enim manib. morbus & sanitas, vita &  
mors. Atq; illi cum mala mens est, vel ne-  
scia recti, libera patet nocendi & necandi  
potestas: sive præstat Pharmacopœa  
esse virum bonum, quam Socratem.*

*Debet autem in primis esse pietatis stu-  
diosus, diuini nominis cultor, inuidiæ & li-  
tuoris omnis expers, sanus mente, artis Grā-  
maticæ gnarus, bonorum fortunæ nec in-  
digus, nec auri vel pecunie sitiens, & la-  
boris diurni nocturnique patientissimus.  
Atheos enim ut nihil dicit Creatorem, sic  
nec creaturam; Et inuidus alterius marce-  
scit rebus opimis. Fatus vero id habet pro-  
prium, ut velit nocere. Et imperitus nil nisi  
quod ipse facit, reclum putat, atque eo non  
quam quicquam iniustius. Avarus autem  
nulli bonus, adeo ut si bipi pessimus sit, & e-  
genus facile sit veneficus; Ad turpæ enim co-  
git egestas.*

*Indigni quoque sunt Pharmacopæi no-  
mine & dignitate scurræ, bibuli, histriones,  
mimi, erones, garruli, impostores, agyrte,  
tenebriones, & circulatores, qui nugis,  
fraude, iastationibus, promissis vanis, ad-  
ulatione & mendacio plebeculam decipi-  
entes, ipsius crumenam exhauriunt; nihil  
n. Reipubl. magis infenium id genus ho-  
minibus, cane quo quis peioribus & angue.*

*Cum autē idem sit subiectum Pharma-  
cia & Medicinae, nempe corpus humanum, subiectum.  
quatenus sanitatis est vel morbi suscepitiū,  
multa habent inter se communia Medicus  
& Pharmacopæus, ut prudentiam, probi-  
tatem, diligentiam, & medicamentū co-  
gnitionem; Sed cum Pharmacia inserviat, Pharmaciā  
ministrat, atque subiecta sit Medicinae, ha-  
beatque tantum pro obiecto medicamen-  
tum, & pro scopo & fine formam debitam  
medicamenti, dum ulterius progrederi Phar-  
macopæus audet, pro Pharmacopœo ve-  
neficiis & circulator habendum est.*

*Multos Pharmacopœos in Gallia vniuer-  
sa noui, sed inter eos periclitatores semper  
expertus sum, qui verborum lenocinio di-  
tiores mulierculas decipiunt, quas argento  
non tantū emungunt, sed fues & purgan-  
tia gratissima, ut ternere loquitur, exhibe-  
do, morbatis in posterum relinquunt. Sunt  
& horū nonnulli, qui viros ēt prudētores,  
vt Senatores quosdam suis technis circum-  
ueniant: [Plin. cap. 1. lib. 29.] Medicos n. si-  
mulant, pulsū contrectant, vrinā inspiciūt,  
atq; de morborum causis, symptomatis,  
prognosi & curatione differentes, ridicula  
multa fingunt & dicunt: siveque impie suā  
falcem immittunt in Medicorū messem,  
& iniquissime pharmaciam exercent ma-  
ximo mortalium damno. Nec sciolis qui-  
busdam fidendum, qui medicamenta que-  
uis, modo benigna, quo quis tempore sine  
confilio, posse tuto exhiberi pronunciant;*

*Qui Phar-  
macopæi pe-  
riclitatores.*

*Lactuca me-  
dicamentū  
improbandi.  
Lactuca enim non oportune, & nimia quan-  
titate sumpta interficere potest, ut cicuta; Et  
esse potest, a-  
vino licet natura familiariſſimo, plures ſape  
limentum,  
pereunt, quam gladio, licet enim sit valde  
cardiacum, & veluti ſerum lac, ac princi-  
piorum vita restauratiuum, datum tamen  
non apto tempore, valde nocet.*

*Officium igitur Pharmacopæi est medi-  
camenta ſolummodo træctare, atque ad u-  
ſum ſalutarem Medici in ſu adhibere. Quod pœi.  
ut feliciter conſequatur, primo debet ea  
ſeligere, ſecondo præparare, tertio com-  
ponere. Sed antequam ſeligatur medica-  
mentum, quid sit, noſcendum est.*

## C A P. III.

*Quid Medicamentum, quid Alimentum,  
quid inter utrumque me-  
dium.*

**T**otus homo totus morbus est, inquit Hipp. Epist. ad Damog. Talis enim ex veteri inquinamentis in lucem prodiit. Nam ex dissilio quatuor qualitatum, quibus constat illius corpus. [Gal. de Elem. cap. 2.4.] ex iugis flore, cui obnoxium est, & ex prauo rerum non naturalium vsu, in morbos penne innumeros incidit, quos ars Medica docet abigere, vel optima viatu lege, ut docet Hip. lib. de dieta. & Gal. lib. de sanit. tuend. partim medicamentis, tum interioris assumptis, tum topicis, seu exterius admotis.

Ea autem sunt vel simplicia, quibus ut plurimum vrebatur Hippocrat. vel debita arte composita. Simplicia dicuntur, que talia sunt, qualia natura produxit, ut cassia, rhabarbarum, polypodium, colocynthis, & infinita alia, quae naturalem tantum compositionem, ex quatuor videlicet elementis sunt consecuta. Composita vero, quae ex multis virtute diuerteris arte & industria si mulvinitis constant.

Medicamen-  
tum quid.  
*Dissent autem inter se Medicamen-  
tum & Alimentum. Nam Medicamentum  
dicitur, quicquid intro sumptum, vel foris  
admotum nostrum corpus immutare posse,  
ut piper, euphorbium, pyrethrum, nymphea,  
cichorium.*

**A**limentum vero, quod intro sumptum nostrum corpus nutrit, & auget, ut panis, vīnum, caro animalium volatilium & quadrupedum, non rapacium: Quae enim viuit ex rapto, praui sunt succi, prauumque sanguinem generant, & tanquam immunda reiicienda. Propterea diuina sanctio prohibitum est filii Israel, ne comederent aquilam, vulturem, gryphem, coruum, accipitrem, & similia. Et prudenter nunc iuxta diuinum hoc decretum abstinemus a carne vulpium, luporum, leonum, & similiū rapacium.

Inter utrumque medium est alimentum medicamentosum, quod scilicet utriusque est medicamentum particeps; partim enim nutrit, partim alterat & immutat, ut lactuca, raphanus, curbita, alium, & infinita alia. Atque ut inter alimentum & medicamentum quoddam inter aliquid medium datur, sic inter alimentum & venenum: Illud enim reficit, conservat, auger, hoc destruit, enecat, corruptit. Inter autem utrumque medicamentum est, quod neutrum efficit.

C A P. IV.  
*De antiquitus sollemmodo simplicium yſ-  
bus, & mirabilibus eorum pro-  
priatibus.*

**R**ecte Galen. lib. 1. de Elem. ex Hippocrate scripsit, hominem nunquam dolere, aut unico egere medicamento, si unicu[m] elemento constaret: Effet enim unicuiusque unica natura, unicu[m] effectus, ratio redeundis ad naturalem statum unica. Id quod absurdum est, cum infinita sint morborum species, ut etiam praesidiorum tam simplicium, quam compositorum.

Inter simplicia numerantur oxymel sim-  
plex, diairis, diaprunum, & alia plurima, que  
comparate tantum, & improprie simplicia  
dicuntur, quatenus scilicet ad alia magis  
composita referuntur. Proprie vero rosa,  
endiu[m] plantago, mentha, ablynthium, plā-  
tarum genus omne, atq[ue] ut uno verbo dicā,  
omnia creata, quae ab arte nullam compo-  
sitionem & mixtionem acceperunt, Sim-  
plicia à Medicis vocantur, quibus solis no-  
nunquam vtuntur, ut succo plantaginis,  
vel sedi, aut nenupharu[m] ad Eryspelata & i-  
gnem sacrum, succo veronicae ad cancrum,  
cui mirum in modum conuenit, ut succo  
capreolorum vitis consilio Galeni, ad her-  
petas, ut carne citoiorum adhibita regioni  
stomachi ad cholera[m] morbum, & afflum-  
pta, ad dysenteriam, corpore prius repur-  
gato, ut betonica ad cephalalgiam, ut fere  
omnibus plantis ad singulorum morbo-  
rum expugnationem.

Superat vero fidem, quod de stirpibus  
multis

Homo mer-  
bis infinitie-  
bus obnoxius.

Medicamen-  
tum quid.

Alimentum  
quid.

*Peonia an-*  
*tiepileptica*  
*est.*

*Ethiopis*  
*herba & mira*  
*vis.*

*Ficaria her-*  
*ba.*

*Baara.*

multis scribitur, quæ videlicet effectus plena mirandos proferunt: Nam *peonia raddix* vel capiti apposita, vel collo tantum adnexa Epilepsia paroxysmos eludit, eamque sanat. *Mentha lactu imposita ipsum coagulari*, & in caseum densari non sinit, vt ex probata fidei authoribus creditur.

*Ethiopis* herba, si vera narrat Plin. *cap. 4. lib. 1. 6.* solo attactu ferræ ferreas euellit. Idem affert Matthiolus de *Lunaria*, quæ quod soleas ferras ab equis transeuntibus quasi extorqueat, *Sferra cauallo* ab Italis vocatur.

Author *libri sanitatis* afferit, cum *Tribio* picum, auem, cuneum, seu clavum ligneum nidi orificium obturantem, herbulæ cuiusdam solo contactu foras excutere non nulli hanc vim aui illi tantum tribuant. Theophrast. rei herbariæ peritis, aliquius planta meminit, quæ tam potenter congressus venereosconcit, vt si vera narravit grauissimus author, credibile est, eam ipsam solis frigidis & maleficiatis vallis naturam, vt salacibus viticem & nymphream.

*Clymenum rubrum* ranta vi pollet ad fasciationem, vt qui radicem herbæ huius gestauerit, ab hoc morbo tucus erit. Vix credi potest, quod Iosephus scribit de platta mirabili, quæ à Baaran valle Iudeæ *Baara* dicta fuit. Ea extraterram erumpens fulgor quoddam igneum emittebat & vix accensa noctu lucebat. Anullo autem hominum attingi pariebatur, nisi prius virina, aut sanguine muliebri irrigita, alioquin illam, qui cōtrectarent, illic moriebantur: Euulla vero deleteriam qualitatem amittebat. Et quod mirum est, maniacos, & à demonibus obsecros persanabat. Quod cum aduerterent regionis eius incole, illi canem prudenter & artificiose alligabant, qui postea fame coactus, aut accitus plantam trabebat & euellebat.

Alia multa Deus miracula in hoc pedū suorum scabello quotidie oculis obiicit, quorum fidem vnica tantum experientia facit: Nihil tamen humano generis modò

quocunque infensum educit, quin ex adverso salutarem illi antidotum proferat & suggerat. Contrarium enim opponit *Contrario* trario, dissimile dissimili, *vtaconito*, *Aristolochia longæ radicem*; *Cicutæ*, *Apis*, *Deus oppomen*; *Hyoſciamo*, *allium*; *Napello*, *femenit*. *Raphani*; *Viperæ Anchusam*; *Scorpionibus* *Quæ cuīque Polemoniam*. Cuius radicem qui gestaue- *veneno contraria*, à *scorpionibus* non icitur, aut id est nullæ, la molestia afficitur. Manus quoque illiæ succo cotula fortidæ, apum aut vesparum aculeis nunquam punguntur.

Non præter rem hic notantur *mira* & *Mira* plan- variae plantarum nature. Quedam enim *tacumna-* inter niues & gelu medium virent & flo- *tura*. rent, vt *Aconitum hyemale*, & *Eleborus niger*: *Aliæ vernum æquinoctium* expe- *ctant: Quamplurimæ calorem æstuum:* Et quædam Autumno tantum floribus co- *ronantur & induuntur, quo tempore reli-* quæ pene omnes & foliis, & floribus spo- *lliantur.*

## C A P. V.

De materia medicamentorum, &  
vnde sumuntur.

**P**RÆCIPVÆ medicamentorum sim- plicium tam nostratum, quam exoti- corum differentiæ sumuntur, vel ab eorū materiis, vel à facultatibus. Ex materia, cū triplex sit *Dioscoridi* & *Galen*, tres statu- untur medicamentorum generales diffe- rentiæ. Aut enim ex plantis sumuntur, aut ex mineralibus, aut ex animalibus.

In primo genere continentur omnia *Medicamen-* stirpiæ genera, earum partes, & quæ ab *tæx plantis* iphis proueniunt, vt radices, cortices, thyr- *sæmpia*. si, ligna, rami, folia, flores, fructus, semina, gummi, resinæ, succi, lacrymæ, fungi, li- quores, visci, aquæ stellatitæ, muscus, chrydes, lanugo, nucamenta.

In secundo continentur elementa ipsa *Medicamen-* elementata, vt ignis, flamma, fumus, Aer *ta è minera-* serenus, aut ventis agitatus, calidus, frigi- *libus sum-* dus, humidus, siccus; Aqua dulcis, salta, pta, pluialis, marina, bituminosa, sulphurea, nitrosa, ænea, ferrea; Terra omnes species,

## I N S T I T U T I O N V M

vt bolus armena, terra Lemnia, Melitea, Chymolia, rubrica, Ampelitis, Eritrea, Ochra, Creta, & vt paucis absoluā, omnia mineralia, qua scilicet ē terrae visceribus effodiuntur, vt lapidum varia genera, vt lapis Æthites, Cyaneus, seu Lazuli, Iudacius; vt metalla, quæ septem à multis agnoscuntur, aurum, argentum, stannum, plumbum, ferrum, cuprum, & hydrargyrus, pro numero septem planetarum, quorum nomen mutuantur, secundum Spagyricos. Ad mineralium ordinem referuntur adhuc salis genera, bitumē, naphta, calchatum, succinum, & ambra.

*Metalla septem.*

*Quæ remedia impro-  
prie ad mi-  
neralia re-  
ferantur.*

*Medicamen-  
ta ex ani-  
malibus  
sumpta.*

*Partes ani-  
malium ad  
multa com-  
mendari.*

Syderum influxus, musici cantus & numeri secundum quosdam crīsim mouentes, cum vix ad materiam medicamentariam specent, improprie à nonnullis ad studiū genus secundum referuntur.  
In tertio genere continentur animalia, vel integra, vel eorum partes. Integra, vt gallus gallinaceus annos in iuscule ad ciendam aluum & corporis nutricatum. Hyrundo in pastu ad oculorum aciem, galera ita ad colicum dolorem, Cancri fluuiatiles tabidis, Scorpiones triti adipisorum puncturas ac morsus, cantharides ad ruptoria.

Partes animalium sunt cerebellā passerum ad stimulum Veneris; Cerebellum leporis ad odontalgiam infantulorum; Pulmo vulpis ad pt̄isim; Hepar lupinum ad vitia iecoris; asinīnum ad epilepsiam; intestina lupi ad colicūm affectum; Stincorum renes ad mentulę tentiginem; sanguis hirici ad frangendum calculum; fel perdicis & milui ad visus claritatem; ossa craniī ad morbum caducum, os de corde cerui ad animi deliquium, dentes apri ad pleuritūm nascentem, pudendum cerui ad natam & progreslam; dentes Elephanti ad cordis robur; cornu cerui, Monocerotis & Rhinocerotis ad infringenda venena; vnguis Alces ad morbum sacrum, seu comitiale.

Multæ sunt adhuc aliæ partes animaliū, à quib medicamenta sumuntur, vt medullæ; sevum; pinguedo vitulorum, ceruorū,

suum, hoc: dorum, anatum, caponum, anserum; lac muliebre, asinīnum, ouillum; caseus, butyrum, coagulum, serum; oua galinarum, perdicū, pauogallinarum, senecta serpentis, testæ piscium, pili animalium & excrements, vt ex medicamentorum compositione, quæ in nostra Officina, seu Antidotario describuntur, patet.

### C A P . VI.

*De facultatibus medicamentorum: Et  
quotuplex secundum generales  
facultates medicamen-  
tum.*

**F**ACULTAS medicamenti est causa. **F**acultas quedā effectrix, à qua pendet eius actio. medicamē [Galen. lib. de planitud. & lib. 1. simplic.] tū quid. Vnde colligere est, tot esse facultates, quot actiones, vt appareat in aloc., & per multis aliis simplicibus medicamentis. **A**- Aloesfaloë liquidem facultatem habet purgandi, cultas. ventriculum roborandi, vermes enecandi, tergendi, & palpebrarum humores excandi.

Triplex est igitur omne medicamentū secundum facultates, Alterarium, Purgarium, & Roborarium. **A**lterarium dicitur, quod intro sumptum, vel foris ad motum, manifestam corporibus nostris ad fert mutationem; idque trifarium, vel secundum temperamentum, vel secundū materiam, vel secundum formam, ex Fernelio. Vnde tria medicamentorum alterantium genera constituuntur: Primum, camentorū quod impense calefacit, refrigerat, humectat, aut siccat: Secundum, quod materiae generā commoderationem & consistentiam mutat, vt quod nimis indurat, vel emollit, quod rarefacit, vel densat, quod adstringit, vellaxat, quod incrassat, vel attenuat: Tertiū, quod substantiam & formam ipsam corruptit, vellabefactat; cuiusmodi sunt, quæ præter manifestam qualitatem, qua calefaciunt, erodūt, vel refrigerant, & stupefaciunt, occulta etiam proprietate substantiam ipsam destruunt ac corruptunt, & putredinem cum factore inducunt, vt cicuta,

*Medicamen-  
tum substi-  
tutum cor-  
rumpens.*

cicuta, anthona, napellus, aconitum, sublimatum, & alia quamplurima. Atq; horum alia toti corpori, vt quæ dicta sunt; alia certis partibus inimica, vt lepus marinus pulmonibus, cantharides vesicæ, aconitum vero, cerebro cicuta.

*Roboratiū quid.*

Roboratiū, seu Confortatiū, vt vulgus loquitur, medicamentum est, quod proprietate quadam partem nostri corporis aliquam respicit, roboret, ac conservat, vt cephalica caput, otica aures, ophthalmica oculos, odontica dentes, stomatica os, stomachica stomachum, cardiaca cor, hepatica hepatis, splenem splenica, renes nephritica, vterum hysterica, neruos nerualia. Quæ singula, aut eorum multa aptius suo loco postea docebuntur.

*Catharticum quid propriæ.*

Catharticum, seu purgatiū dicitur, quod virtuosum, & sibi familiarem ē corpore trahit humorem. Quod enim sine delectu, ac promiscue quoquis humores evacuat, vere purgatorium dicinon deber, vt Antimonium, Cataputia maior, & similia; sed quod familiarem ac proprium, ad quem ipsa eius facultas dirigitur, educit ac purgat. Ita enim violentiora ad interitum sepe præcipitant; de hisq; loquitur Galenus c. 12. lib. 2. de vīz. acut. dum scribit, cathartica qualitatēm quandā deleteriam & venenosam habere. Quod sic confirmat Aetuarius cap. 7. lib. 3. Medicamenta, inquit, purgantia communi quadā generis ratione, ex censu sunt eorum, quæ perniciem creant, atque deleteria & nostri venenosā ac mortifera appellant. Verum ab his, quæ magna sunt corrumpendi vi predita, dissident, quod hoc eadem quantitate non perinde ac corrumpentia interimant.

*Purgantium odor ingratius.*

Tanta vero est antipathia inter purgantia & nostram naturā, vt odore solo dispergant, qui multis vix nares ferit, quin simul corpus totum concutiat; aliis ventriculum subvertit, & quibusdam aliquando aluum subducit. De purgantium facultate, quomodo agat, & vnde erumpat, paulo post, nempe cap. 9. fussum dicetur.

*Eiusmē vīz.*

CAP. VII.  
De primis & secundis medicamentorum facultatibus.

CVI simplicia medicamenta sepe duas habeant facultates, & aliquando tres simul. Prima dicitur simplex & elementaris, quæ ex elementorum quatuor permixtione consurgit. Altera materialis, ac secunda, quæ ex commoderatione & consistentia materiæ, cui diuersa proportionē quatuor qualitates inhaerent, emergit. Præter has nonnunquam tertia cōspicitur, nempe purgatoria, quam Fernelius occultam nominat. Sylvius cum quibusdam nō vulgatoris doctrinæ quatuor simplicium medicamentorum facultates in variuerium constituit, sed tertiam parum notam, & quartam adhuc incognitam affert. Verum vtraq; pro vniā paſſim usurpat. Nam quæcunq; medicamenta proprietate quadam inexplicabili, aut non sat conspicua, nec à primis aut secundis prodeunte agunt, tertiiis qualitatibus, aut totius substantie proprietate, aut viribus occultis agere dicuntur.

Facultas autem prima medicamentorum communis est, & tanquam basis reliquarum ex ipsis elementis prodiens. Eaq; constitut maxime in calefaciendo, refrigerando, humectando, siccando: in quibus singulis vel obscure conspicitur, vt cum primo gradu agit, vel manifeste, vt secundo, vel vehementer, vt tertio, vel summe, vt quarto: atque in horum singulorum aut principio, aut medio, aut fine; ita vt medicamentorum & calidorum, & frigidorum, & humidorum, & siccorum ordines duodecim constituantur. Quod etiam locum haberet in his, quæ coniugatas sortiuntur qualitates, quæ scilicet vires habent calefaciendi & humectandi, vel calefaciendi & siccandi, vel refrigerandi & humectandi, vel refrigerandi & siccandi. Has siquidē exerunt non tantum obscure, manifeste, vehementer, aut summe, sed in singuli

*Qualitatis  
prima me-  
dicamento-  
rum.*

*Qualitatis  
singulorum  
medicamē-  
torū quot.*

# I N S T I T U T I O N V M

8  
singuli gradus principio tantum, aut me-  
dio, aut fine.

## *Qualitates secundæ.*

Qualitates secundæ primas, seu elemen-  
tares ac simplices comitantur earumq; ad-  
iutu vt sint, & vires suas patefaciant, opus  
habent. Nam aperiendi facultas, rarefaci-  
endi, attrahendi, tenuandi calfactionem  
sequitur: Crassandi, densandi, claudendi,  
repellendi refrigerationem: Mollendi  
humectationem: Indurandi siccationem.  
Siccitas enim indurat, vt ex luto, aquilo-  
nio, vel astiuo statu indurato, & ex laterib.  
igne siccatis videre est: vt etiam humiditas  
emollit modo cum calore modico perse-  
ueret. Glaciei enim humiditas dura, quod  
omnino sit expers caloris.

Vires autem qualitates secundæ in au-  
steris acerbis, acribus, amaris, aperientibus,  
tenuantibus, resoluentibus, contrahē-  
tibus, repellentibus, emollientibus, stupe-  
facentibus, & dolorem lenientibus sunt  
manifestissimæ, atque evidenter ratione,  
quod possunt, præstant, perinde ac primæ  
seu elementares.

## C A P . VIII.

### *De tertia medicamentorum facultate seu proprietate occulta.*

**P**RÆTER primas ac secundas medica-  
mentorum facultates, tertia quædam  
dicitur occulta & inexplicabilis, quod eius  
certa ratio minime reddi possit, nec scien-  
tia exactissima comprehendendi, sed per solā  
cognoscatur experientiam: Nā cur iaspis,  
inquit Galenus cap. 7. lib. 3. meth. tacto vul-  
nere, vnde sanguis prorumpit, eum sifat, nō  
dum noui. Atque si particulatum cuiusque  
naturam explorare ad unguem scirem, uti-  
que qualem fuisse Eſculapiū mente conci-  
pio, talem me esse putarem. At vero proprie-  
ties quædam omnino dicī, aut explicari  
non possunt ex Galeno ibid. & Com. in 6. e-  
pid. Nullus enim ratione adferre validis-  
simam potest, cur cantharides vescam in-  
flammatoria dispositione lacestant, ab ipsa  
etiam longius adhibit; vt neque cinis cā-  
erorum, exiccatiorius cum sit, cur & per se  
mirabilis sit proprietate specifica ad canis

*Facultas in  
explicabilis.*

*Cineris can-  
erorum pro-*

rabidi demorsos, & cur efficacior sit & pre-  
prietas. stantior gentiana & thuri potius, quam a-  
liis medicamentis commixtus.

Certum ac securum huiusce medica-  
menti successum admiratus Galenus c. 30.  
lib. 11. de simplici. in causa perquisitione nō  
se patrum exercuit, tandemque librum  
politicus est. De his, quæ occultæ proprietati  
quid agunt; non tamen promissis ste-  
tit, forsitan veritus, ne famæ iniuria fieret, si  
suscepimus opus imperfectum relinqueret,  
nec in eo docte, vt in omnibus aliis con-  
suevit, peragendo, sibi & lectoribus satis-  
faceret.

Illa autem tertia facultas magnam ha-  
bet latitudinem, complectiturque sub fe-  
purgantia, morbos occulta vi curantia,  
partem quandam respiciens, periamma-  
ta seu suspensa medicamenta & venena,  
de quibus particulatum dislerere cogita-  
mus.

Neque vero tantum ineffabilis quedam *In alimentis*  
proprietas agnosciuntur in medicamentis & *qualitas in-*  
*venenis*, quæ illa medentur, hæc perimunt, *explicabilis*  
& quodam aliquando morbos expugnat, *notatur*.  
sed etiam in alimentis, quæ perennis efflu-  
tui iacturam refaciunt. Eſculapiū enim  
multa multi fastidiant, alii appetunt au-  
diſſime; quæ licet primum dissimilia, post  
multas coctiones similia redduntur, & na-  
ture noſtra familiaria, vnde magna inter  
nutriens & nutritum similitudo perhibe-  
tur, quam vix illus possit definire, & quare  
hic potius hoc edulio, ille alio deleſetur.  
Carnis & pisciſ ſuſus vniuersitatem genti *Hiftoria no-*  
*matus Lufitanus curat. 36. cent. 2. qui ab eſu*  
*carnium in totum abhorrebant: alios, quibus*  
*caſeis non ſolum comeſtus, ſed odoratus pro*  
*veneno habebarunt: Sed & alium nouimus,*  
*natiene Hiftpanum, qui nunquam piceſ gu-*  
*ſtarat: at cum ab amico ſemel ad cenam fu-*  
*ſſet in uitatus, ouaque deguſtasset, quibus*  
*ſiccata piceſ puluis caute fuerat admixtus,*  
*in animi anguſtias, cordis preſſuras, cum vo-*  
*mitu & ſecuſu incidit, ita vt prope exani-*  
*mis defecerit. Vidiſ & idem author celebris*  
*Mona-*

*Tertia fa-  
cultatis me-  
dicamento-  
rum latitu-  
do.*

Monachum Venetum, qui sine animi deliq-  
uiō etosarum odorem nō poterat perfer-  
re: quod etiam obseruauit in nobili matro-  
na, & Iul. Scaliger in illustrissimo Cardina-  
li, ut afferit in exercitationibus contra Car-  
danum, exerc. scil. 153. part. 10. vbi meminit  
cuiusdam fœminæ spœtatae formæ & vir-  
tutis, cui Francisca nomen erat, quæ ante  
14. annum suauis nullo fleti potuit, vt car-  
nibus vesceretur. Afferit & vnum ex libe-  
ris omnino brasicanum auerſatum, vt eum  
ipsum Cresstones: & in ciuitate Mediola-  
nensi familiam quandam haustu cassiæ fi-  
stulae interire: Peculiare enim suum cuique  
est, & multi vinum quasi venenum respu-  
unt, alii tanquam Deum colunt.

Vinum tan-  
quam ve-  
nenū mul-  
ti auerjan-  
tur.  
In cæterorum animantium pabulo ob-  
seruatur adhuc illa inexplicabilis & occulta  
qualitas. Quis enim rationū momentis  
aperire posset: cur Struthio camelus ferrū  
habeat in delicisicur ceruus serpentes, vr-  
sus formicas, asinus ferulam, quæ perimit  
equos? Quædam enim tantum piscatu, alia  
venatu, quædam granorū cultu, alia plan-  
tarum solo naturali prouetu viuunt. Opti-  
me siquidem anas, ardea, fiber pisciculis  
aluntur; accipiter, aquila, vulpes auiculis;  
gallina, perdix, equus cerere; bos, dama,  
ceruus parvulis stirpis integris, aut earū  
partib. tenellis. At cur illa potius illo, quā  
hoc alimento gaudеant & pingueſcat, hec  
potius hoc, quam illo, ratione non satis di-  
lucida explicatur. Fame enim citius perit  
vultur, quam triticum attingat; phasianus,  
quam ex rapto pabulum quærat.

## C A P. IX.

De facultate medicamentorum purgan-  
tium, unde promanet, & quomo-  
do agat.

M EDICAMENTORVM purgantium  
facultatis disquisitio multoru exer-  
cuit ingenium: in illa enim dignoscenda  
quot capita, tot fere sensus. Chymistri  
manifestam credunt, ut quæ à mixtorum

sale subioriatur, & sales omnes purgatorios  
mordicus afferunt. Alli proſus abditam  
tenent, nec ratione evidenti explicabi-  
lem. Sunt, qui à speciali mixtionis tempe-  
rie oriri credunt; alii veluti quintam qua-  
litatem concedunt. Mesue illam deducit Chymista  
à cælo, & cœlestem facultatem nominat: *rūm opinio*  
*Medicamentum*, inquit, *purgans non est à de purgato-*  
*temperamento tale, non ut contrarium a-*  
*ria facultatiens in contrarium, non ut simile trahens si-*  
*te, mile, neque ut graue deorsum, aut leue fur-*  
*sum humorem exagitans, sed quia talem cœ-*  
*listus sortitus est facultatem.*

Est vero cœlestis ea facultas, forma cu-  
iis que medicamenti purgantibus, aut formæ  
ipius proprietas, quæ nullo sensu, nulla  
que ratione manifesta deprehendi potest,  
sed sola experientia, & ex effectis, quæ sub-  
stantiæ ipius facultatem demonstrant.

Appellatur autem ipsa cœlestis facultas *Varie qua-*  
à quibusdam Medicis [Fernel.] & Philoſo-  
phis [Scaliger.] facultas occulta, aliquando *Varie qua-*  
litatis pur-  
gantium  
proprietas rei totius, aliquando intimum  
appellatio-  
nes.  
cuilique rei principium, aliquando causa  
incognita, virtus superelementaris, totius  
substantiæ proprietas, & à quibusdam  
quinta qualitas, siveque diuersa rei eiusdem  
nomenclatura. Qui tamē vis illa cathar-  
tica ex primæ notæ philosophis, à syderi-  
bus ortum dicit, nō improprie cœlestem  
Mesue vocat: sed male putat humores e-  
ducere, non tanquam simile trahens simile,  
contra veterum decreta, rationem &  
experienciam Hippocrates enim lib. de nat.  
human. medicamentum purgans humo-  
ribus detrahendis esse simile, sic docet:  
*Pharmacum*, inquit. *cum corpus intraverit, primum id, quod omnium maxime sibi se- cundum naturam cognatum, atque simile est in corpore trahit; d: inde reliqua dicit & purgat.*

Id ipsum autem manifestissime probat  
hac eleganti comparatione, quemadmo-  
dum semina & stirpes terram ingressa, sibi  
queque, quod in terra idoneum est, ac na-  
turale, trahunt, vel acre, vel dulce, vel a-  
marum, vel salutem, vel quodcumque pri-

B munere

mumq; & plurimum, quod ipsis maxime secundum naturam est, alliciunt.

**Opinio Galeni de purgative force cultato.**

Hoc pluribus ostendit Galenus lib. 1. de natural. facul. & c. 23. lib. 3. de simplic. & lib. de Ther. verbis expressis scribens, qualitatum, quæ in substantiis sunt, proprietate actiones perfici. Idcirco medicamentorum purgantiū quædam, vbi forte purgatione frustrantur, non modo corporinullam noxiā afferunt, sed etiam homini alimentum præbent; alia vero in corruptionem & venenum vertuntur, non tamen perpetuo est permista vis venenosa. Quare non perpetuo licet non purget, incommodabit. Verum coctionem accipiet, talemq; producet humorem, qualem trahere natum erat, quod nunquam contingit in medicamentis mochlicis, seu valentioribus.

Medicamenta igitur purgantia similitudine quadam substantiæ humores attrahunt & educunt: eaque ratione magnes attrahit ferrum & succinum paleam; non autem ferrum magaetum, aut palea succinum. Liceret magna sit similitudo inter magnetem & ferrum, tamen simile non est idem, nec magnes est ferrum, nec ferrum magnes. Trahens autem esse debet validi distracto, propterea ferrum non trahit; sed trahitur.

At vero cum tractio fiat propter substanciali similitudinem, quare magnes magnetem, & ferrum ferrum non trahit? Respondeo, vnam & eandem rem seipsum non trahere, sed quod cum ea ipsa affinitatem quandam habet & similitudinem. Sic agerius pituitam attrahit, Rheumbilem, lena melancholię, quod inter illa sit quædam affinis conditio, aut conuenientia magis, quam similitudo. Illa autem conformitas nec plane manifesta est, longe siquidem rheum à bile distat, agerius à phlegmate, à melacholico humore senna.

Liceret autem omnia cathartica humores attrahant, eorum tam en quædam speciebus dicuntur purgare attrahendo, quæ nēpes sunt potentioris virtutis, & humorem habent excrementitium, inquit Mesue, vt

scammonium, turbith, euphorbium: alia comprimendo, vt myrobolani omnes, & rhabarbarum: alia, quæ lubricando & leniendo aluum subducunt, vt cassia fistula, cando. Quæ lubrificantur. tamarindi: alia denique, quæ tantum molliendo, vt atriplex, viola, vt malua, lappathum, & multa olera.

C A P. X.

*De medicamentis, que citra ventris solutionem, occulte proprietate morbos multos sanant.*

**I**NNVNERA & mira sunt medicamenta simplicia, quæ per os sumpta, aut exterioriter adhibita, cœca vi, ac specifica proprietate morbos futuros arcent, & factos perfecte sanant, aut mirabiles alias effectus proferunt, vt in partis quibusdam supra demonstrauimus, & mox in quam plurimi demonstrabimus. Illa autem ab dicta facultas non in plantis modo, verum etiam in animalibus & mineralibus cernitur. Nā Pollex Pyrrhickey literarum monumenta fidem faciunt, pollicem Pyrrhi lenosos solo tactu sanasse, & praefiterit. Christianissimus ac potentissimus Galliarum rex solius manus attactu strumas ad perfectam reducit sanitatem.

In corporibus quoque demortuis occulta & efficacissima illa qualitas cernitur. Os enim milii pisces aurum trahere auctor est Simplicius, cui assentitur Scaliger trahens, exercit. 102. & 112. Et renes Scincorum tritii, & cum vino poti, aut cum idonea conserua subacti & sumpti veretri tentiginem excitant, & ad Veneris ludibria potenter mouent.

Priapus cerui siccatus, in puluerem laugatus, & cum aqua cardui aut tussilaginis sumptus, valde pleuriticos iuuat.

Idem efficit dens apri in scobem tenuem redactus & haustus, maxime in humus morbi principio.

Cornu monocerotis mirabiliter contetur à venenis & pestilentibus morbis omnibus succurrir.

Effectus.

**Obiectio.**

**Responsio.**

**Quæ purgent trahendo.**

**Quæ comprimendo.**

*Os aurum.*

*trahens.*

*Effectus fere similes experuntur, qui cornu cervi & rhinocerotis sumunt. Bouis astragalus cum oxymelite potus liuenem minuit.*

*Caro leporis vista, trita, & pota, calculos atterit & expellit.*

*Senecta annuum.*

*Viperæ exuvium pulueratum, & impo-*  
*situm alopeciis, mirum in modum pilos regenerat. Idem pollicentur vista murium capita partibus glabris ex melle illata.*

*Galenita seu alauda cristata astata, vel elixa, sepe comesta colicis affectibus obnoxios, vel detentos, efficacissime iuuat. Galen. lib. de Theriac.*

*Vngula caprae, aut eius vesica, vel etiam ouilla cremata, & ex posca sumpta, medetur his, qui noctu stragulas permingunt.*

*Hepar lupi hepaticos proprietates specifica iuare scripsit Gal. l. 8. comp. med. local.*

*Aspidi senecta puluerata ex melle illata, viuum facit acutissimum.*

*Excrementa animantium.*

*Excrementa quo; animalium occulta proprietate morbos quosdam abigunt, vt stercus pauorum epilepsiam, stercus canum, vt etiam nidi hydrundinum anginam.*

*Pauca hæc pro multis ex animalibus sumpta sufficient, vt ea omittam, quæ lendant, vt leporem marinum & torpedinæ. Hæc enim neruofum genus viabidita afficiendo stuporem inducit, ille folos hominis pulmones lœdit; vt etiam cantharides, qua vesicam inflammatione tentant, & vrinam fistunt, vel stranguriam mouent.*

*Occulta propria stirpium.*

*Hanc proprietatem occultam in multis stirpibus admiratione dignam obseruamus: nam sarsaparilla, guaiacum, sassafras & illa radix, quæ à Chyna nomen habet, speciali & occulta proprietate luem venereum perfecte curant.*

*Satyrum & eruca penem erigunt, Venem accidunt, & frequentiores congresus efficiunt.*

*Vitex & nymphæa contra libidinis ardores mitigant, semen extinguunt, & testium accretionem impediunt.*

*Opium phreneticos & delirates inuuat, & placidum somnum conciliat, etiam*

*paruula quantitate sumptum.*

*Viscus querulus tritus & potus, epilepsiam fœliciter curat.*

*Vua passa familiaritate quadam substantia hepatis benefacit.*

*Staphylagria vi non satis cognita pediculos eneacat, vt conyza pulices.*

*Brassica ebrietati reluctatur, vt etiam hedera.*

*Ptarmica sternutationem mouet. Nec non eleborus verque.*

*Dictamnus facultate prorsus abdita spicula euellit.*

*Fraxinus serpentes fugat, & eorum venenis medetur.*

*Lithospermon, saxifraga, & sanguis hirici calculos expellunt.*

*Sabina menses & foetum, seu viuum, seu mortuum educit.*

*Sympitum maius vulnera cito glutinat. Veronica vlera maligna corrigit, ad sanitatemque accelerat.*

*Therebinthina vulnerum est balsamum optimum, quæ facilime & citissime sanat.*

*Mirum est autem, plantas quasdam *Pláticas quas* quadam sui parte hunc effectum præstare, *dam contraria* alii & sapo diuersum, vel etiam *rias habere* contrarium: nam flores chamælii officiæ *facultates*. Et profunt capitis dolori, folia summe nocent, si Galeno cap. 2. lib. 2. comp. med. fides non denegatur.*

*Lapathi folia ventrem subducunt, semen assumptum retinet.*

*Brassica decoctum alium soluit, ipsa brassica comesta vel comprimit, vel pigriore reddit.*

*Gallorum verulorum ius ventrem quoque mouet, caro fistit. Idem adhuc asperit Galenus lib. de Ther. cap. 6. de ostreis & cochleis marinis.*

*Lactis pars serosa ac butyrosa subducit ventrem, caseosa cohibet, ac siccatur.*

*Miraculo autem tribuit Galenus, quod trifolii decoctum morsibus phalangii aut viperæ pro fotu adhibitum, statim dolores sedet, & virus adimat: Parti vero sanæ idem admotū, dolores similes his, quos*

B 2 inue-

inuehit, excitat. Huius tamen effectus ratio non videtur valde obscura, nec à reliquarum stirpium natura & conditione aliena. Mirum enim non est, si fatus, cuius ope pars inquinata liberata est, & ab ea *qualitas* cū nenum eductum, parti sanæ adhibitus, eidem impreßum, *veneni*, cuius est particeps, relinquat vestigium.

*Non mirantur Galeno.* De specifica & admiranda hydrargyri virtute ad huius Indicæ curationem, deq; aliorum mineralium virtutibus occulitis, & fere diuinis speciatim fusius lib. 3 de materia medica disputabimus.

## C A P. XI.

De simplicibus medicamentis, quæ proprietate specifica partes quædam respiciunt.

*M*VLT A simplicia certis partibus rāta amicitia coniunguntur, ut eas vel sumpta, vel admota, vel sèpè solo odore iuuent, reficiant, & à morbis multis libarent. Non tamen illa ob id ita particularibus membris deuota censeo, ut omnes eorum effectus tollant, aut aliis quoque partibus non cōferant, sed speciali dote, quædam hanc potius, quam illam partem respiciant & tueantur, alia aliam.

*Cephalica.*

Sic multa Cephalica dicuntur, quod tota sua substantia capiti sunt amica & conseruentia, longa virorum doctorum experientia & vñsc comprobata, vt inter aromata moschus, ambra, zibethum, caryophili, macis, calamus aromaticus, schananrum, caphura, & inter alia simplicia vulgariora, berberica, rosmarinus, salvia, matronana, melissa, stachys, cneonot, mirthus, flores vethonicae caryophillatae, & arantiorum.

*Ophæalmica.*

Ophæalmica sunt euphrasia, chelidonium, feniculum, ruta, & hormium, cuius grana oculis imposta nullum molestiæ sensum adferunt. Facile enim sub palpebris continentur, & oculos à sordibus purgant.

Odontica quædam dicuntur, quæ dentes roborant & nitidores reddunt, vt *len-*  
*ticus, salvia, mirthus, laurus.*

Pulmonibus dulcia omnia conueniunt, sed peculiari facultate herba quædam pulmonaria dicta ad illorum affectus commendatur.

*Pulmo vulpis* si hominis pulmoni conseruantur, vt veterum multi crediderunt, id propter familiaritatem substantiæ contingit.

*Passa, strobilus, pistacia, dactyli, iniuba,* mel benefaciunt quidem pulmonibus, sed tantum dulcedine; *iris, hyssopus, & prassium* attenuatione.

Cardiaca sunt aurum, argentum, lapis pretiosi, cinnamomum, & alia aromata suaveolentia. Item & borago, buglossum, carduus benedictus, scabiosa, ulmaria, oxytriphillum, viola, rosa, crocus.

Quæ stomachum respiciunt, stomachica dicta, sunt nux moschata, mastiche, absinthium, mentha & anethum; hæc enim proprietate particulari illi profunt. Alia quoque pene innumera benefaciunt quidem, sed potius calore, quam speciali virtute, vt piperis genera, zinziber, synapsis, vinum.

Hepati familiaria sunt, hepatica quædam dicta, vt agrimonum, cichorium, fumaria, rhabarbarum.

Splenica sunt ceterach, hemionitis, capsula, paris, tamariscus, epithymus, vt & alia multa, quæ causa brexitatis omitto.

Nervos proprietate roborant *salvia, Nervalia, rosmarinus, & primula veris; articulos & hæc, & chamapiss.*

Quæ speciatim singulas partes respiciunt, huic nolo reducere, cum his lector etiam morosus contentus esse poterit.

Granum enim salis ei sat esse potest, qui ipsius saporem voluerit dignoscere.

C A P.

## C A P. XII.

*De Periammatis seu Amuletis, qua gestata, vel appensa mira & cœca virtute morbos multos curant.*

**A**D medicamenta, quæ abdita facultate aquasdam ægritudines soluunt, pertinent, quæ periammata, periapta & amuleta, hoc est, alligata & suspenса remedia vocantur. Ea autem diuum sunt generum: Alia enim solis characteribus & verbis constat: Alia simplicibus collo, aut alteri membro subnexus. Priora tanquam infida, incertaq; aspernantur Medici; de his enim nec loquitur Physicus, nec Metaphysicus, nisi forsitan eacodæmon aliquis ad suam metaphysicā referat. At Medicus & Philosophus est moralis, qui vita probitate, omnia secundum bonum & æquum molitur, nec illicitis artibus ignaros & credulos decipit; & naturales, qui rerum omnium causas perquirit. Scire enim est semper causam cognoscere, & felix, rerum qui poterit cognoscere causas. Vnde Galenus, Medicina sit non morbo, sed cause morbifice, qua sublatæ tollitur effectus. At periammata nec causam, nec morbum tollunt, neque symptomata, vt falso sibi persuadent hi, quibus fuerunt appensa, eorum suauis decepti, qui demones colunt & invocant, atque eorum nomine & virtute omnia fieri fine alia causa putant; de quibus, horumque similibus nequissimis viris sic ait Poeta:

Gens innisa diis maculandi calli, a cœli,  
Qua nunc stare polos & fulmir a mittere  
nonuit,  
*Ethera sub terras adigit, montes que reuelli.*

Dubius autem modis id præstant: nam alii malos demones virtute quadam maxime diuinorum nominum aduocant, & cogunt, quippe cum omnis creatura timet & reveretur nomen illius, qui fecit eam: alii istis pessimis viris nequiores se dæmonibus submitunt, illis sacrificant, & cultum quandam reddunt.

*Cur vero illi Goetici solis utantur malis dæmonibus, ea ratio in prōptu est, quia mones à perboni angeli difficile comparent, quia Dei iussum exspectant, nec nisi mundis corde innocentur. & vita sanctis hominibus congreguntur. Mali autem faciles se exhibent ad inuocandum, falso fauentes, & diuinitatem mētientes, semper præsto sunt, vt astu suo decipient, vt venerentur, vt adorentur.*

*Ex horum dæmonicolarū taberna profluxerunt omnes isti tenebrarum libri, bata lectio-  
nos improbatæ lectionis Vlpianus IC. vo-  
cat, protinusq; comburendos esse statuit:  
cuiusmodi primus excogitasse dicitur Za-  
bulus quidam, illicitis artibus deditus; de-  
inde Barnabas quidam Cyprus, & nostris  
temporibus Cornelius Agrippa, atque alii  
multi viri perditi, inter quos Paracelsus, Theophrastus  
eius impietas fortes omnium vitiiorum co-  
mities habuit, primas sibi vendicauit.*

*At vero cum ex eiusmodi virorum nefariorū officina characteres & verba suspē-  
fa prodierint, nullis rationibus stabilita, &  
humano generi pestifera, non solum Me-  
dici, sed omnes Deicola debent aspernari.  
Fernelius tamen summus & Medicus &*

*Philosophus, & nostra ætate inter clarissi-  
mos maximus magnam vim verbis & o-  
mnib. amuletis tribuit. Et certe si Hebræo-  
s virtutis & omnium disciplinarum opti-  
mos authores sequi velimus, maiores in  
verbis, quam rebus naturalibus vim in-  
ueniemus: Quicquid enim, aiunt, est in mē-  
te, in voce, in verbo, in oratione, totum hoc in  
scriptura est, cuius literæ mysteriorum coele-  
stium plenissima sunt, ac in syderum positio-  
nem exarata: unde rerum altissimus creator  
seipsum nomine duarum literarum A & Q  
vocare voluit.*

*Præterea secretiores Hebræorum me-  
chubales ex literarum figura, & simplicita-  
te, compositione, tortuositate, defectu,  
abundantia, coronatione, apertura, ordi-  
ne, transmutatione, colligantia, & revolu-  
tione literarum, punctorum & apicum o-  
nnia explicare promittunt.*

*Verbi igitur & characteres vim habere di-*

*B 3 cunatur*

*Amuletum  
duplicia.*

*Periamma-  
ta.*

*Cur eacodæ-  
mones à per-  
boni angeli difficile comparent, quia Dei ditis viris  
iussum exspectant, nec nisi mundis corde inuidentur.*

*Mali autem faciles se exhibent ad inuocan-  
dum, falso fauentes, & diuinitatem mē-  
tientes, semper præsto sunt, vt astu suo de-  
cipiant, vt venerentur, vt adorentur.*

*Libri impro-  
fuxerunt omnes isti tenebrarum libri, bata lectio-  
nos qui,*

*quos improbatæ lectionis Vlpianus IC. vo-  
cat, protinusq; comburendos esse statuit:  
cuiusmodi primus excogitasse dicitur Za-  
bulus quidam, illicitis artibus deditus; de-  
inde Barnabas quidam Cyprus, & nostris  
temporibus Cornelius Agrippa, atque alii  
multi viri perditi, inter quos Paracelsus, Theophrastus  
eius impietas fortes omnium vitiiorum co-  
mities habuit, primas sibi vendicauit.*

*At vero cum ex eiusmodi virorum nefariorū officina characteres & verba suspē-  
fa prodierint, nullis rationibus stabilita, &  
humano generi pestifera, non solum Me-  
dici, sed omnes Deicola debent aspernari.  
Fernelius tamen summus & Medicus &*

*Philosophus, & nostra ætate inter clarissi-  
mos maximus magnam vim verbis & o-  
mnib. amuletis tribuit. Et certe si Hebræo-  
s virtutis & omnium disciplinarum opti-  
mos authores sequi velimus, maiores in  
verbis, quam rebus naturalibus vim in-  
ueniemus: Quicquid enim, aiunt, est in mē-  
te, in voce, in verbo, in oratione, totum hoc in  
scriptura est, cuius literæ mysteriorum coele-  
stium plenissima sunt, ac in syderum positio-  
nem exarata: unde rerum altissimus creator  
seipsum nomine duarum literarum A & Q  
vocare voluit.*

*Præterea secretiores Hebræorum me-  
chubales ex literarum figura, & simplicita-  
te, compositione, tortuositate, defectu,  
abundantia, coronatione, apertura, ordi-  
ne, transmutatione, colligantia, & revolu-  
tione literarum, punctorum & apicum o-  
nnia explicare promittunt.*

*Verbi igitur & characteres vim habere di-*

*B 3 cunatur*

cuntur ad multorum morborum profligatiōnēm, hancque curandi viam Trallianus non omisit: *Ad podagram*, inquit, *curandam*, effodito ante solis occasum, cum luna est in Aquario, aut pīcibū altercum herbam, dicas q̄d: *Adiuro te herba sacra per sancta nomina Iaoth, Sabaoth, Adonai, Elio, Deus, qui terram firmauit, & fixit mare fluuiis abundans fluensibus, & qui exsiccavit uxorem Loth in statuam salinariam. Adiuro, inquam, te, ut sis fluxionem pedum.*

Ad dentium dolorem ridiculum hoc à nonsullis appenditur, *Galbes galbat, Galde galda.*

Ad fluxum sanguinis sistendum quidam hæc verba obmurmurant, *Charas, Cara, Sarite, Confirmata, Confona, Imaholite.*

Ad canis rabidi morbum, pani comedēdo hæc verba à quibusdam inscribuntur, *Iironi, Rhictori, Eslera, Rhudor, fere, vel pomini frustulo, Hax, Pax, Max, Deus adimax, deinde voratur.*

Vulgare est illud Quint. Sereni Samonici aduersus Hermititæum, *Abracadabra*, quod ita depingitur, ut in conum ad extremam usque literam desinat, sive collo appenditur.

Lamella aurea; in qua voces hæc sculptæ sint *opis, s̄gād̄h*, collo subnexa lippientem sanat, ex Marcello.

Profluente sanguinem ut fistulas, digito annulari partem tanges, & vices septies dices, & quoties volueris, repetes, donec fluorem peruvincas, *Socnon, Socnon*, mire prodest.

Ad paronichiam digito parietem continges, inquit Marcellus, & rursum digitum ducens, dicenster, *Pu, pu, pu, Nunquam ego te videam per parietem repere.*

Inepte sic mederi suaderi lippitudini Marcellus: De manu sinistra, inquit, cap. 8. lib. de Medic. muscam capies, & dum capies, dicere debebis nomen eius, cui remedium facturus es, te ad curando oculos eius muscam prendere: sum visum eam ligabis in linteo, & suspendes collo dolentis, nec retro respicies. Quamplurima farinæ similiis exempla

leguntur apud Mercuriū, Marcellū, Trallianum, Albertum Villanouanum, & inter recentiores apud Fernelium lib. 2. de abdit. rerum caus. qui omnes grauissimi viri verbis tantam inesse vim, pronuntiant, ut penne omnem naturam subuertere credant. Apuleius enim vir perdoctus asserit magico susurramine amnes agiles reuerti, mare pigrum colligari, ventos inanimes expirari, solem inhiberi, stellas auelli, diem tolli, noctem teneri, de quibus sic ait Poeta:

*Carmine vel cœlo possunt deducere Lunā. Lewis Poeta. Carminibus Circé socios mutauit Vlyssis. rum credunt. Frigidus in pratis cantando rumpitur lisas.*

*anguis,*  
*Atq; satas alio vidi traducere messes.*

Et Ouidius:  
*Cum volui, ripis ip̄s m̄rantibus, amnes In fontes redire fuos, concusq; siſto.*

Item Lucanus.  
*Cessauere vices rerum, dilataq; longa Hesit nocte dies, legi non paruit aether, Torpuit & praeceps audito carmine mun- dus.*

Vis autem verborum maxime pater in morborum profligatione. Illa enim & prolatæ & inscriptæ, ac gesta multos affectus mira celeritate soluunt. Quod Medicis cuiusdam talia demirantis non parum exercit ingenium, vt refert Pomponatus: cum enim duorum puerorum curam sucepserit, quorum alter morbo velut Erysipela laborabat, alter vero in ignem inciderat, quidam superuenit, qui hos pueros solis verbis & carminibus liberavit: Additque aliū fuisse, cui ferrū infixū erat, quod nulla arte Medicorū poterat euelli, ab eodem tamen eadem curandi methodo euellum.

In oppidis fere singulis quædam anus reperiuntur, quæ verbis aliquot nulli hominum notis, matricem relevant, sic n. loquuntur; hocque etiam in viris pollicentur, licet matricem non habent.

Mille exēpla alia possem recensere, que quod ridicula sint & inepta, præstat reticere. qui enim ipsis vel suspensis, vel prolatis melius se habere fatentur, id sit potius qua-

*Historia no-  
tatu digna.*

*Authoris e-  
pinio.*

*Circa finem  
lib. 11.*

*Morbi ver-  
bis curassi.*

dam opinione, quam illorum virtute.

Quidam afferere non erubuit, se à febre liberatum ex Amuleto, cui hæc erant inscripta, Sancti Petri & Pauli stultum hunc persanate. Alius hoc Amuleto contulit: Rapiat eum damon & similes eius. Sed hæc gererero: de alius, quæ magis probantur, nunc sermo noster instituetur.

*Amuleta ex simplicibus medicamentis.* Quæ vero amuleta simplicibus medicamentis suspenſis vel alligatis constant, nō omnino à Medicis improbantur. Et re vera proprietate quadam abdita effectus sa- pe salutares proferunt. Experientia enim docet, radicem paonia collo appensam epilepsiam sanare. Idem præstat vixius querinus, vt etiam vngula Alces annulo tantu inclusa. Stercus lupi adilia gestum, instar amuleti, inquit Aetius cap. 31. tet. 3. ser. 4. colicos dolores sedat. Similis effectus tribuitur ipsius intestinis fiscatis, & ventri adhibitis. Radix cynoglossi circa collum alligata lingua nigredinem, quam vulgus imperite cancrum nominat, delet. Res enim quadam parus molis solo tactu nonnunquam maximus inducunt alterationes, ait Galen. cap. 5. libr. 6. de loco aff. Dictamnus adhibitus incredibili proprietate spicula trahit. hydrargyrus gestatus à morbis pestilentibus tueretur. Æthites lupi inter māmas aut ventriculo alligatus factū retinet, femori adnexus præcipitat: quod & de radice hyoscyami traditur. Selenites annulo inclusus nudæ carnis contactu sanguinem è parte quauis mananterea fistit. Viridū iaspis quadam proprietate auxiliatur stomacho-ori vētris appensis, ait Aetius cap. 35. tet. 1. ser. 2. Heraclitus lupi, magnes vulgo dictus, prater mirā vim, quam habet ad trahendū ferrum, manu tantu detentus Chiragricorum & podagricorū dolores leuat. Qui gestabit pedes & chelidas anteriores cäcri, a proruincis vitabit. Democritus in Geopon.

*Illerè curatio miranda*

Nō præter rem est Isteri miranda curatio, quæ tum accedit ægro, si ipse hanc auē, quam Holarius galbulam, Galli loriōtum vocant, attente confixerit. Est & mirum, auem ægre conspectum icterici perferre.

Huc spectat & tarentula morsus cura. Curatio, quæ frustra medicamentis quibuslibet morsus ve- tentatur; feliciter autē sola musica sanatur. nenati per

Similes multorum morborum curatio- nes aliae quamplures narrantur, quas breuitatis causa omitto.

## C A P. XIII.

## De venenis.

**O**CCVITA quoque qualitas venenis inest, de quibus Physiologiac rerū naturalium indagatores aliquando loquuntur, item & scelerati venefici; illi, vt omnipotens naturæ prudentiam & sagacitatem in bonis simul & perniciosis rebus agnoscant, & ornatum mundi contemplentur; hi peste peiores, & humani generis hostes pernicioſissimi, vtsingulos, quorum vitam, ac fortunas moleste ferunt, exanimant, atque ex rerum naturā tollant. Miro ſiquidē artificio saporem, odorem, coloremq; venenorum adulterare ſolent, quæ adeo aſtute cibis & medicamentis recondunt, vt etiam prudentes & cautos decipient, & propane lapidem, pro pifce serpentem, pro ſacharo ſublimatum porrigitur: Sicque boni à malis non tam poſſunt eſſe tuti, quam o- mnes homines ab omnibus ſerpentibus & aliis belluis.

De illis vero loquitur Medicus, vt Logi- cus de Sophismate & fallaciis, quas docet aduertere & auertere. Theologus de vitiis, quæ monet fugere: Nec mala ſuadet, vt in- de bona contingant; in quo ſane diſcrepat à Medico, qui nefarios quidem veneficos damnat, de venenis tamen loquitur, qua- tenus in corporibus nostris vel generatur, vel mala forte ingeruntur, vel ad malignorum morborum curationem expetuntur, alioquin eorum tractatio pernicioſa, & re- uera eos damnat Galen. cap. 42. lib. 2. de an- Improbans- tid, qui venenorum compositionem tradi- tur, qui ve- derunt, vt Horummēdēſium, Aratum, nena com- Heliodorum Atheniensem, & Orpheum. ponunt.

De simplicibus autem venenatis libere scribit, vt ante hunc Dioscorides, & post v- trumq; Nicander, vt dignoscantur, virētur, & in.

& in quibusdam morbis feliciter à docto Medico usurpentur. Ad carnem enim ulcerum cadaverosam arsenicum aliquando adhibetur; Oleum viperarum ad luis Indicæ stigmata, pustulas & duritates gummosas: Oleum scorpionum ad ipsorum ictus; pilus canis rabidi ad vulnus ex ipsius demorsu inflatum: Trochisci de vipera intus & extra ad venenatos quoquis affectus.

*Venena in  
corpo ho-  
minis inter-  
dum genita.*

In corpus vero non solum ingeruntur, sed aliquando generantur, ex Galen. cap. 5. libr. 6. loc. aff. similesque producunt & affectus & effectus his, qui perniciose epoto veneno contingunt. Nam pestis venenum est, quæ interdum sponte sine causa manifesta in corpore generatur, atque in mulieribus hysteris retentum semen venenatae qualitatis est particeps. Et canes per æstatem feruidissimam facilerabie perciliuntur. Hæc autem Medicis præscienda sunt, ut sanitatem ab omni labore tueantur, & morbos quoquis profligent.

*Venena ali-  
quando nu-  
trire.  
Historia.*

Etsi autem venena deleteria sint, conseruidine tamen, quod valde mirum, alimenta fiunt. Nota enim historia, puto, de puella quadam, cuius Auicenna, Russus, & Gentilis meminerunt, quæ à primis annis veneno solo educata, halitum pestiferum, & proxime astantibus deleteriū inspiraret.

Alia Agrippinæ vixit, referente Alberio, quæ araneas in delicis haberet, cum tam men paucō vino epoto, in quo suffocata sit aranea multi perire possint.

*Rex angui-  
norus.*

Porus quidam Indorum Rex serpentibus, & venenis quotidie vescebatur, hocque alimenti genere diutissime alitus, adeo venenosus factus est, ut cæteros homines vel tactu, vel halitu, vel creatu perinde ac serpentes alii perimeret.

*Ophiogenes.*

In Helelponio genus est quoddam hominum, qui venenis solum aluntur, Ophiogenes propterea dicti.

Marci & Psilli simili viæ delectabatur: nec serpentum morsus & venena reformidabant: Cuius rei certum dedit experimentum unus ex ista familia Exagon vocatus, qui consulum Rom. iussu in dolium serpe-

tibus plenum iniectus, intactus evasit. Plin. cap. 29 lib. 6.

Athenagoras Argivus dicitur à scorpiinis nunquam lædi potuisse, vt neq; Äthiopes hydaipidis fluuii incolæ.

Referri Galen. lib. 3. simplo. c. 17. anum *Alia histo-* quandam Athenensem innoxie magnam *ria.* saepe cicutæ quantitatem esitasse. Idem narrat Sex. Empiric. de alia vetula.

De Lisi de ferunt historiæ, quod opii vinciam dimidiā sine sanitatis iactura vorabat. Vidi mulierem Nemoxii, quæ quotidie semidramam sumeret.

Familia quædam in Creta solo asperitu fascinabat, & pueros in tabem deducebat. Quid plura? venenis assueti ab his tandem sunt immunes.

Desumūtur porro omnia venena vel à *A quibus* plantis, vel animalibus, vel mineralibus. *venena su-* *mansur.* A plantis, ut à papaverum genere, ab hydrosciamo & mandragora, quorum licet qualitas pernibeatur venenata, vñs tamen quotidie feliciterad morborum curationem celebratur. Et quæ hominibus ac beluis præsentissimum sunt aliquando venenum, si rite tractentur & deatur, saepe scurum sunt auxilium.

*Aconitum pharmacum* quidem toxicum *Venena sun-* est, oculorum tamen medicamentis leuā. *sapemedica-* di doloris gratia adiicitur. Et cicutæ sacros *menta.* ignes & vlcera serpentia illius restinguunt.

*Nerium* quoq; contra serpentum mortis præsidium est è vino potum. *Sedum ma-* *titu Erysipela & herpetas extinguit. Sola-* *num omne adhibitum dolores quoquis* mitigat.

At hæc omnia venena sunt Dioscoridi, vt etiam *rancunculus, esula, hermodactylus,* quorum vt quotidians, sic saluberrimus est vñs. Præterea *Napolius, herba Paris, tan-* *xus, fibium,* & alia pleraq; sunt & medicamenta & venena; interficiunt namque & medentur.

Fungivero non quidem medicamenta sunt, sed aliquando alimenta, aliquando venena. horum enim esu ingenui quinque adolescentes Lutetiae literis operam dan-

tes

ges interierunt; Aulicis tamen talium eduliorum audiissimi sunt liguritores.

*Alias stirpes venenatas, quæ medicis v-  
sibus quotidie feliciter inferiunt, nolo  
recensere, cum pauca quadam attigisse  
sufficiat; Omnia siquidem hoc capite  
complecti nec opus, nec facile est.*

**Ex anima- libus vene- natis medi- camenta** Ex animalibus autem venenatis quotidie medicamenta parantur. Nam caro Stincorum pigrioribus maritis ad ciendum libidinis aestum sepe datur.

Viperæ Elephanticis & venenatis affectibus detentis quasi miraculo prosumt. Item & Colubri, quorum, ut débet, apparatus caro multa ad venena securissimum est alexipharmacum.

Draconem  
marinum  
esse aliemen-  
tum & ve-  
nenum.  
De Dracone marino superat fidē, quod  
narratur: Is enim aculeum osseum in dor-  
so gerit, adeo homini infensum, ut quæ-  
cunque punxerit, nisi mature succurratur,  
ad interitum præcipitat. Illius autem caro  
salubriter & suauissime hominem alit, vul-  
gus Gallorum Viuam nominat, sive mi-  
rulum videtur, quod animalia quædam sim-  
ul & alimentum, & medicamentum, &  
nonnunquam venenum homini sugge-  
rant. In ipsorum enim parte quadam vita  
est, in alia interitus.

Adhuc vero valde mirum , animalia venenata , cum corporibus suis nostro prorsus inimica sint , subitoq; nos interrimant , mortibus ac puncturis à se illatis secure mederi , & fere sola ab eiusmodi vulneribus & periculis liberare ; qui an nempe simile sibi simile allicit , & quasi suā substantiā reuocans partem lēxam à veneno & danno vindicat . Sic à Crocodilo lēxos ipsius adeps impositus sanat , & à Scorpionibus iti , ab iisdem tritis & admotis conualescunt . Idem efficit musaraneus , vbi aliquem momordit , si tritus adhibeatur .

*Venena venenum trahere.* Admiratione quoq; dignum est, venena non solum venena trahere, sed plurima etiam spicula & aculeos à corporibus nostris

Admiratione quoq; dignum est, venena non solum venena trahere, sed plurima etiam spicula & aculeos à corporibus nostris sine dolore foras educere, quæ ante vix vi, aut arte villa extrahi potuerant.

Multa autem animalcula tota homini ma-

lesica sunt, ut cantharides, buprestis, salamandra, pinorū erucæ, lepus matinus, rubeta, rana palustris muta, non tamen semper in utilia & sanitati incommoda. Nam cantharidibus, lacertis, scorpionibus, formicis & similibus animalibus extra audacter utimur, interius vero non ita libere.

Tutum enim minime est, quæ praua qualitate à natura donata sunt, in corpore ingere. Sic nefarie egit circumforaneus quidam & imperitus Agyrta, qui probo, sed parum prudenti viro mihi noro, medicamētum ad tentiginem mentulę proritandam postulanti, cantharides exhibuit, eumque non ad campos Veneris amoenos, sed Charentis cymbam demisit.

Idem fecit  
maledictus  
ille Hebraeus  
Francofur-  
tanus, Aa-  
ron voca-  
tus, qui an-  
te 17. annos  
ad Cacode-

*in Canticis*  
Nonnulla vero et si malefica, quæq; vel mones suos  
morsu vel in stratu lēdunt, ab expertis arti- abiti: ad  
ficibus præparata, à Medicis doctris præscri- sunt adhuc  
pta, & opportune data non modo non no- alij, eiusdem  
cent, sed mirabiles & salutares præstant ef- farine ne-  
fectus. Vinum enim, in quo vipera quodā bulones.  
casu extincta fuit, elephanticum iam diu à  
communi ciuium societate se iunctum  
perfekte sanauit. Idem polliceri & præsta-  
re potest coluber. Quid igitur vtriusque  
caro ut decet apparata?

*Ex mineralibus deniq; venena quam plurima habentur efficacissima, tam sponte nascentia, vt hydrargirus, cinnabaris, gypsum, myso, sory, sandaraca, magnes, antimonium crudum, atque etiam adamas: quam arte talia reddit, vt sublimatus, calx, arugo, carusa, aqua fortis vulgo dicta, & alia pene in numero, quæ præstat ignorari, quam sciri. Sac enim est, simplicita quedam attingere morbis quibusdam utilia, quorum alia aliis vt naturæ minus infensa, & rebus sanitatis magis idonea præferuntur.*

CAP. XIV.

*De facultatibus medicamentorum in genere, quæ ab effectis denominantur.*

**M**EDICAMENTA multa specifica  
virtute quasdam partes respicere &  
roborare, ut cephalica caput, ophthalmica  
oculos.



## INSTITIONVM.

coulos, pulmonia, hepatica, splenica, pulmone, hepar, lienem, & alia alias, ab ipsisque denominari, paulo superius ostendimus. Nunc quæ ab effectis suâ nomenclaturam habent, breui & generali dilucidatione recensemus, ut in promptu sint medicinam facturo, ad propositos & consequendos effectus, medicamentorum qualitate requisita dignotio & appellatio. *Verba* enim cum sint *nota rerum*, si ipsis conuenientissime, ut decet, aptentur, aptius docent, & artificem melius regunt & dirigunt.

*Medicamentorum appellatio & quibus.*

*Katartikum.*

*Xanthopis.*

*Polychrestum.*

*Eccoproticum.*

*Hypercathartum.*

*Emetica.*

*Alliotica.*

Medicamenta autē fere omnia idioma Græcorum, à quibus primo fuit impositū, retinent: Nonnulla ex Arabum balbutie profecta, vix ad antiquā euphoniam redierunt, & annorum lapsu quandam gratiam compararunt. Ab effectu igitur medicamenta sicut classicis authoribus appellātur.

*Catharticum* medicamen dicitur, quod modo quoquis ē corpore noxiō humores, seu per vomitum, seu per feces educit. *Cholagogon* Medici vocant, quod biliolum humorē ducit: *Phlegmagogon*, quod pituitolum; *Melanagogon*, quod melacholicum; *Hydragogon*, quod aquas seu serofosh humorē purgat; & *Panchymagogon*, quod omnes.

*Polychrestum* sic nominatur, quod multos exhibet usus.

*Eccoproticon*. inter benigna medicamenta numeratur, atque id dicitur, quod tantum feces deturbat.

*Hypercathartica*, hoc est, superpurgantia sunt, quæ primum humorē fibi familiarem purgant, deinde alios ad sequendum paratiōres, postremo sanguinem, adeo ut dysenteriam suscitent.

*Emetica* vocantur, quæ vomitum excitant, & foras humorē per os excludunt.

*Alliotica*, hoc est, alterantia, quæ intemperiem quandam emendant, ut calida frigidam, frigida calidam, humidis siccam.

*Euchyma* & *cacochyma* ad alimēta spestant; illa, quæ sanguinē oprimū, hæc, quæ prauum gignunt, dicuntur. *Epicerastica*,

quæ succum optinūm paalatim sufficiunt in locum prauī paulatim vacuati, vnde Epicrasis.

*Hypnoticū*, quod somnum potius, quæ soporem conciliat. [Galen lib. 9. Method.]

*Narcoticum*, quod non modo soporem, sed stuporem & sape necrosim, sive mortificationem adducit.

*Vreticum*, quod vias diducendo, laxando & pellendo vrinas & arenas mouet, & sape expellit.

*Lithontriptica*, hoc est, saxifraga, quæ lapides seu calculos frangunt, seu attenuant, & foras euiciunt.

*Anodynum*, quod moderato calore dolorem aliquem delinit & sedat. Vocatur quoque Pategoricum, & aliquando Lysiponium, hoc est, laborem soluens, seu dolorē sedans.

*Chalasticum* medicamentum generali significato vocatur, quod partem quandā, cui adhibetur, lenit, & temperato calore solatur: Strictius vero sumptū, quod relaxat & tensionē medetur, sine qualitatē excessu, vt, adeps, butyrum, celsipus.

Quod venenatum orificio diducit ac reserat, & sanguinem ad exitum suo calore & acrimonia excitat, *Asaferion* dicitur, *Araspium*, cuiusmodi est *allium*, *sabina*, *porrum*, *cynamomum*, & alia quamplurima.

*Repercussuum* medicamentum Græci ἀποκεντρών nominatur, quod qualitate refrigerante & astringente humorē in mebra irruentes repellit, ut *plantago*, *forbe*, *pihofella*. Quædam tamen sola qualitate refrigerante repellunt, ut aqua & alia similia repercussua [Gal. lib. 14. method.] Omnia autem repellentia medicamenta tantum admouenda sunt in principio fluxionis, ex Galeno & Oribasio.

*Helcticum*, seu *epiphaisticum* vocatur, Ελκηστήριον quod humorē ex alto euocat, cōtrariumque est repellentibus; calidum enim est, & partium tenuium, repercussua frigida, & crassarum. [Gal. lib. 10. compos. med. loc. cap. 25. lib. 1. synops. c. 16. lib. 5. simplic.] Et quodcunque calidum trahit; frigidum quodvis repellit.

*Mēmōnū-*  
*uētūs.*  
Attrahen-  
tia quadru-  
plicia.

*Διαφορη-*  
*πη.*

*Στεγνω-*  
*πη.*

*Πυκνω-*  
*πη.*

*Εμπλακ-*  
*πη.*

*Παχυ-*  
*πη.*

*Αστρική.*

repellit: Quod gradus secundo calidum est, manifeste trahit: ꝑ tertio, partim trahit, partim digerit, vocaturq; *μετανούντικης.*

Attrahentium autem mendicamentorum quatuor sunt differentiae. Quedam enim qualitate elementari trahunt, vt quæ calida sunt secundo recessu; Alia calu, vt putrefactione, eo que modo fermentum validissimum extractorum: Alia quadam similitudine, vt venena venenum; alia occulta proprietate, vt dictamus spicula, magnes ferrum.

*Διαφορηπη,* quod seu intro sumptu, seu foris adhibitum, attenuando & detergendo non solu meatus aperit, sed obuios humores incidit, digerit, ac sudore vel hali-  
tu resoluunt. Eorum duo traduntur differ-  
mina, quædam debiliora sunt *δέσμωτης*,  
dicta, hoc est, relaxantia, quæ calida quidem  
sunt ac tenuium partium, sed non desci-  
cant, & magis humores ad resolutionem  
apparant, quæ resoluunt. Materia resolu-  
tuum multa est: nam quæ à medio secundi  
gradus ad finem tertii calefaciunt, & sunt  
tenuium partium, resoluunt.

*Στεγνωπη.* Στεγνηπη, seu συναπηπη, hoc est, sti-  
pans seu obftruens, anastomotico contrari-  
um est: Vasorum enim ocula claudit, &  
vacuationes sifit: Eis siquidem substi-  
tia crassa est, proinde facile occludens.

*Πυκνωπη.*, seu condensans, vim quidem  
habet occludendi, sed imbecillorem, at-  
que cutis tantum meatus stipat; Stegnoticum  
orificia venarum.

*Εμπλακηπη.*, seu glutinosum vocatur,  
quod parti cuiquam illitum tenaciter ad-  
haesecit, & cutis meatus obstruit, multo-  
que infarctu implet, vt resinæ & gummi.  
Quædam Emphractica dicuntur, quæ scilicet  
poros suo lentore obstruunt, & visci-  
ditate opplent.

*Παχυπη.* Incrassans, Græce παχυπη dictum,  
succos consistentia tenues & liquidiores,  
multo crassiores reddit: Illius vis sita est in  
materia crassa & terrestri, acrimoniam omni-  
nis experte.

Huic contrarium est *λιπηπη*, quod

nempe crassos & cōpactos humores arte-  
nuat, variegat, dissoluit. Valde tenui subita-  
tia cōstet, seu frigidu sit, vt acerū, seu cali-  
dum, vt aqua vini, quam vulgus aqua vitæ,  
& Chymistarum multi Elixir nominant.

*Εκφρεσηπη,* id est, infrauctu liberans, *Εκφρεσηπη.*  
quod humore viscido & lento vias expedit.  
Eius autem facultas varia est, pro varia hu-  
moris obstructionem committentis ra-  
tione. Nam quæ à glutinoso succo nasci-  
tur, Ecphractico attenuante & incidente  
opus habet; Quæ simul duritiem coarctat,  
emolliente qualitate simili eger.

*Μαλακηπη,* seu emollientis appellatur, *Μαλακηπη.*  
quod durum corpus, vt scirrum, emollit,  
& in statum naturalem reducit, estque sal-  
tem gradu secundo calidum, & in humiditi-  
tate & siccitate temperatum, [c. 4. & 8. lib.  
simpl.] Quid in calore temperatus est,  
potius suppuratorium existit. At quod du-  
ritie exsiccatae naturæ adhibetur, esse de-  
bet humidius, & in calore moderatius, vt  
oleum, & medullar multæ.

*Διαπηπη,* seu suppuratorium vocatur, *Διαπηπη.*  
quod nostræ naturæ simillimum est, arque  
calore & humiditate quasi symmetru. [c. 5.  
7. & 8. lib. 5. simpl.] Vnde manus admota  
cupiā parti, in qua materia in pus vertere  
cupimus, si in ea diutius detineatur, facile  
suppurat & efficit & mouebit. Remollien-  
tia vero calidiora sunt, nonita tamen, vt ea  
qualitate humiditatē exuperantem discutiant.  
Itaque suppurantia potius quantita-  
te, remollientia qualitate id ipsum, quod  
pollicentur, præstare dicuntur.

*Πεπασηπη.* simillimum est, sed peculiari-  
riter id dicuntur, quod humorem conco-  
quit, Diapyceticum, quod in pus mutat.

*Ρυπηπη.*, seu detergens ac mundificati-  
vum, humores quoquis crassos & tenues, &  
fordes omnes expurgat, vnde purgati-  
vum quoque dicitur: Sapore id fere amarum  
est, at salsuginoso & aliquantum exci-  
ante.

*Εραιμη.* dicitur, quod cruentis vulneri-  
bus adhibetur: vocatur *Ιεραιμη*, hoc est,  
sanguinem sistens.

**Σαρκωπικόν.**

Σαρκωπικόν, quasi incarnatiuum, seu medicamentum, quod vim regenerandę carnis habet, dicitur. Estque siccum primo gradu & modice, ac sine morsu detergens. cap. 15. lib. 5. simpl. & 3. Meth.

**Καλλυπικόν.**

Καλλυπικόν, hoc est, glutinatorium, medicamentum appellatur, quod agglutinat & coniungit solutas partes, ut in naturalem unitatem redeant. Dum cruentis vulneribus adhibetur Εταιρία & τελευματικόν, à quibusdam Symphyticum & aggregatum dicitur.

**Καπηγυματικόν.**

Καπηγυματικόν, quod fractis ossibus solidandis & poro sardoide citius meliusque ferruminandis conuenit.

**Επελανπικόν.**

Επελανπικόν, vel Synuloticum, quod ulceri cicatricem inducit, hocque præstat effacissima fuscitate & astrictione moderata. Siccatur enim tertio recessu, Colleticum secundo, Sarcoticum primo tantum.

**Καθαριστικόν.**

Καθαριστικόν, medicamentum est, quod superfluam carnem, cui adhibetur, absimit, & ad natuam superficiem reducit; unde à quibusdam σαρκωφαγόν nominatur: Calidum est tertio gradu.

**Εσχαρωπικόν.**

Εσχαρωπικόν, quasi crustificum, quod vehementissimo ac igneo calore partē aduendo ei crustam relinquit, cuiusmodi est sublimatum, & pyrotica.

Σηπτικόν, id est, putrefaciens, maligna qualitatis est particeps, & partem, quam attingit, fetorem & prauam qualitatem inducendo, destruit ac putrefacit, vt *Sandalach, aconitum, & alia multa.*

Quædam εκπνωτικό dicuntur, quæ calum absumunt, quæ vere cathartica sunt, aut hæc facile in illorum locum substituantur.

Hæc precipua cum sint facultatum medicamentorum ab effectis sumpta nomina, cætera non persequemur.

#### C A P . X V .

#### De generali delectu medicamentorum purgantium.

**T**RIA si bene nouerit pharmacopœus, artis sue peritisimus habetur, Simpli-

cia nempe medicamenta feligere, eadē preparare & componere. Electio cognitionem pronuntiat; Viz enim bonum à malo discernet, & feliget illud, nisi nouerit vtrumque. Præparatio quoque supponit industrium artificem, qui in arte diu exercitatus, multis modis, aqua, igne, manu simplicia maligna castigat, bona meliora reddit, imbecilla validiora efficit. Compositio autem fine electione & præparatione nulla: Simplicium namque *cumulus confusio, non compositio est.*

Erit itaque delectus medicamentorum; Delectus primum pharmacopœi officiū, qui sic solet quid.

definiri. Delectus est boni à malo discretio ac distinctio, noxi ab innoxio, malefici à benigno. Benignum medicamentum purgans, seu beneficium dicitur, quod cle- medicamen- tenter purgat, & placide alium subducit, tum quid. ut cassia, manna, ihamarindi, rheubarbari. Malignum & infalubre, quod violenter Malignum, trahendo purgat, nostraque corpora conturbat, ob eam, quam habet nostræ naturæ essentiam aduersam.

Est vero medicamentum malignū duplex. Vnum toto generale, cuius nempe tum malignus vniuersum effrenè est, & violentū, gnum quo- qualecunque sit, & vndequaque desum-plex.

ptum, vt Euphorbium, Laureola, Antimoniū. Alterum specie aliqua & ex accidēti secundum aliquod individuum sui generis, quod à natura sui descivit, atque degenerauit, vt agaricus niger, turbith nigrum, Cologynthis vñica in planta, vel ex vñica planta in agro, [Mefue] quis sola in agro planta, vel solum in planta pomum, omnem velagri, vel plantæ amarorem & malignitatem creditur ad ē rapere.

Ab his aut̄ ambobus malignis purgantibus abstinere debemus, nisi in magnis quibusdam affectibus, quibus benigna aut nihil, aut parum pro sunt, aut desunt. Tūc enim malignis rite correctis & præparatis peritus Medicus poterit vti, quandoquidē morbis multis venena etiam sœpe sunt salutaria, vt viperæ Elephatias, caro Icorporum vulneribus ab illidē excitatis, sanguis canis

*canis rabiosi: à cane rabioso demorsis; Vnde de prouerbiis: A scorpionibus iti, solent ab ipsis remedium accipere.*

Quando à  
benignis ab-  
stinendum.

Ab his etiam, quae blanda vocantur, abstinentum, nisi ea optime, ut decet, exhibeantur iusta quantitate & tempore, & quibus conferre creduntur. *Sanas enim carnes habentibus*, ait Hippocrates *Aphor. 16. lib. 4. medicamentum purgans noxi-um, iuxta illud, [Matthai 9.] Bene valenti-bus non opus est Medico.*

## C A P. XVI.

Vnde sumatur purgantium medica-  
mentorum delectus.

Essentia me-  
dicamenti-  
quid.

*E lectio medicamenti purgantis de-  
sumitur ex ipsis essentia, seu natura &  
facultatibus. Essentiam vocamus ipsam cu-  
iuscunque medicamentum rationem, quæ ex  
materia & forma consurgit: Vel, id omne,  
quod in medicamento spectatur, & inest  
absolute citra ullam comparationem.*

Facultas  
medicamen-  
ti quid.

Facultateni vero vim ipsius medicamen-  
ti, quam in nostris corporibus exercet, vel  
exercere potest.

Bonam vel malam medicamenti pur-  
gantis essentiam ostendunt illius substan-  
tia, qualitates primæ, seu temperamentū,  
qualitates secundæ, temperamentum se-  
quentes, & dispositio intrinsecus acquista.  
Substantia nomine intelligitur *materia  
commodatio & consistens*, quæ ab ele-  
mentis certa inter se proportione mixta,  
nascitur; vnde alia grauia, vellevia, alia de-  
sa, vel rara, alia crassa vel tenuia, alia lenta  
vel friabilia dicuntur. Ex quibus differen-  
tiis dispositio quedam nascitur, & virtus i-  
psi medicamento, per quam in eodem ge-  
nere bonum à malo distingui potest.

Tempera-  
menti quo-  
differentia.

Secundo à primis qualitatibus delectus  
sumitur: hoc est, à temperamento, cuius o-  
cto constituuntur differentiae, calidum, fri-  
gidum, humidum, siccum; quæ simplices  
qualitates vocantur, & totidem composite  
calidum humidum, calidum siccum, frigi-  
dum humidum, frigidum siccum, quibus  
adiungitur medium temperamentum, seu

temperatum in quo consistit hominis na-  
tura, à qua cum variæ recedant alia tem-  
peraturæ quedam uno, quedam duobus,  
quædam tribus, & quædam quatuor gra-  
dibus, ob eam caussam gradus variii exces-  
sus distinguntur.

Tertio sumitur electio medicamento-  
rum à secundis qualitatibus, quæ quatuor  
potissimum generibus distinguntur: Et  
enim alia tactiles sunt, alia odoratiles, alia  
gustatiles, alia visibiles. Audibles omit-  
tuntur, quoniam ab his certus non potest  
sumi medicamentorum delectus: Tactiles  
dicuntur, quæ tactus iudicio discernuntur,  
quarum alia sunt elementorum propriæ,  
quibus scilicet qualitates primæ, calidum,  
frigidum, humidum, siccum, tactu diiudicā-  
tur.. Alia temperamentum sequuntur, &  
dicuntur secundæ, quarum ratione medi-  
camentum graue dicitur, aut leue, durum  
vel molle, leatum vel friabile, asperum aut  
leue, ut dictum est.

Secunda qua-  
litates quot  
differentias  
includan-  
tur.

Quarto medicamenta feliguntur ab  
odore, qui vaporosa quedam est substantia,  
qua è re odorabili expirans, & ad nares de-  
lata sensum mouet odoratus: Eius autem tot  
sunt species, quot saporum: Odores enim  
saporibus proportione respondent, ab hisque  
denominationem plerumque muruantur.  
Non ita tamen sunt distinctæ species odo-  
rum atque saporum, quia sensus odoratus  
in hominibus est admodum obtusus; hinc  
fit, ut mille sint odorum species, qui pro-  
priis nominibus careant: Generaliter ta-  
men omnia odorabilia in benevolentia &  
graueolentia distinguuntur.

Quinto à sapore de medicamentorum  
delectu sumitur iudicium, certius quidè;  
quam ab odore, quia saporum quam odo-  
rum magis sint species discretæ, [lib. 4.  
simpl. med. Gal. cap. 21.] Est enim sapor qua-  
litas gustu perceptibilis, cuius nouem diffe-  
rentiae constituuntur; quarum tres à vin-  
cente caliditate in substantia vel crassa, vel  
tenui, ortum habent; acer nempto, amarus,  
salius; tres ab exuperante frigiditate, aei-  
dus seu acetofus, austerus, acerbus; & tres à

Odor quid.

Sapor quid.

simpl. med. Gal. cap. 21.] Est enim sapor qua-  
litas gustu perceptibilis, cuius nouem diffe-  
rentiae constituuntur; quarum tres à vin-  
cente caliditate in substantia vel crassa, vel  
tenui, ortum habent; acer nempto, amarus,  
salius; tres ab exuperante frigiditate, aei-  
dus seu acetofus, austerus, acerbus; & tres à

moderato calore, dulcis, pinguis, insipidus; horum postremus ad frigiditatem, dulcis & pinguis ad calorem magis inclinant.

Sexto medicamenta se liguntur à dispositione extrinsecus acquisita, quæ oritur à tempore aut loco. [Galenus capit. 2. lib. 4.] Addit Melius magnitudinem, paruitatem & numerum; his enim medicamenta qualitas validior aut imbecillior redditur. De temperie & delectu medicamentorum, à colore & sono certa satis. & vniuersalis regula statui non potest, per quam maligna à benignis discerni queant. Cum enim porosissimum à substantia, temperamento & facultatibus benignitas vel malitia medicamenti pendeat, in singulis coloribus frigida, humida, calida, siccata reperiuntur, nec colores ipsi medicamentorum temperamenta insinuant. Potest enim facilime color medicamenti extrinsecus immutari.

A sono etiam vt à colore incertissima est benignitatis vel malignitatis medicamentorum indicatio: Vniuersalis enim non est illa dignatio, sed particularis tantum, & ex accidenti in quibusdam, vt in cassia, carthamo, & paucis quibusdam.

### C A P. XVII.

#### Quomodo sumatur medicamentorum

##### electio à rebus enumera-

##### ratis.

Eorum, que  
trahendo  
purgant,  
guanam  
meliora,

CATHARTICVM quidem omne cō-  
sociale sibi humorem primum at-  
trahit in aluum, sed specialius quædam di-  
cuntur à Mesueo trahendo purgare, vt o-  
mnia valentiora; alia comprimento, vt  
styptica, alia leniendo, vt viscida ac lubri-  
cantia; & quædam molliendo, vt malactica  
multa. Inter ea vero, quæ trahendo purgant,  
quo leuiora, eo meliora inducanda; grauiora  
vero maligna: leuitas enim substantiae te-  
nuitatem & raritatem indicat; grauitas dé-  
sistatem & crassitatem. Quæ vero crassa ma-  
teria constant, grauius afficiunt. Quæ etiā

humiditatem habent superfluam, quo le-  
uiora, eo meliora, nū exoleuerint: leuio-  
ra siquidem minus habent superflua hu-  
miditatis, quæ ventriculum subuertit &  
tormina concitat.

Contraria est eorum ratio, quæ purgant Quæ compre-  
comprimendo facultate quadam styptica mendo pur-  
in terrestri materia residente, quæque na- gant, quo-  
tiua conditione ac temperie solida sunt, modo feli-  
citer rara; Quæ etiā pleno & vacuo iudi-  
cantur, ceu quæ natura sua plena debent  
esse, non vacua. Hæc enim quo grauiora  
sunt, eo meliora, vt etiam quæ purgant, le-  
niendo, lubricando, & molliendo. Molli-  
endi siquidem facultas, vt & lubricandi,  
ab humiditate est, quæ grauitatem inducit.  
Humiditas a illa naturalis est, & à proprio  
temperamento, non excrementitia,  
quæ deteriora semper efficit medicamen-  
ta.

De reliquis autem substantiis, videlicet  
de rara vt de leui, de densa vt de graui iu-  
dicandum est. Leuitas enim est comes ra-  
ritatis, vt grauitas densitatis, eaque inter se  
reciprocantr. At non est eadem friabilis  
& tenuis ratio: Non enim quicquid friabile  
est, idem & tenuis, nec quicquid lentu, idem &  
crassum; nec cōtra: Sed si quod tenue est, id  
quoque purum fuerit, erit & friabile ac te-  
nerum: Et si quid crassum est, idem etiam  
impurum fuerit, erit quoque glutinosum  
ac viscidum: His exceptis, quorum substâ-  
tia est lenta humida, vt mel, manna, buty-  
rum, oleum. In his enim quod purius, idem  
& melius: quod impurius, deterius. Cras-  
sum propriæ dicitur, quod ægre laevigatur,  
seu quod vix in tenues partes communici-  
tur; Tenuis, quod facile; Densum, quod  
nullis aut per exiguis meatibus est peruiu; Rarum, quod multis; Graue, quod in se co-  
actum, pondere, quam mole magis est cō-  
spicuum; Leue, quod laxius mole quam  
pondere. Lentum & Friabile sic inter se  
opponuntur, vt vix illud rei trahenti & te-  
renti cedat: Hoc vero saepe digitorum at-  
tactu & compressu in pollinem minuantur.  
Ratione autem temperamentorum cali-  
dame;

Crassum.

Tenuis.

Densum.

Rarum.

Graue.

Leue.

Lentum.

Friabile.

da medicamenta frigidis, humida siccis in simplicibus temperaturis sunt meliora. In cōpositis calida humida salubriora, frigida siccā pessima. Si ab intentionis gradu delectus capiatur, cum hominis temperamen-tum in mediocritate sit constitutū, quāto medicamentorum est hominis temperamē-to medio propinquū, tanto salubrīus iudicatur. Quanto renotius, tanto malignius; Ita ut quā à medio quatuor gradib. dehiscent, deterrima sint: & quā extreme, quatuor nempe gradibus superant, venena potius dicenda sunt, quam medicamenta.

*De delectu  
in secundis  
qualitatibus.*

Ratione vero qualitatum secundarum, ut taetilium, sic iudicandum est. Quando in eodem genere medicamentorum quādā dura, aut mollia esse cōtingit, aut aspera vel laetitia, in his mollia duris, & laetitia asperis anteponenda sunt. Durū id vocamus Molle.

*Durū quid.  
Molle.*

Tanquam quid. Aperum. ex Gal. cap. ult. lib. 3. de differen puls. cuius noſtra caro cedit: molle contra, quod cedit noſtra carni. Estq; tale vtrumq; bifariam, natura nempe, vel arte sic effectum. Læue autem vocatur, cuius superficies est aquilis: Aperum, cuius hoc eadem in aquilis est, propter partes quadam eminentes, alias vero depresso, ut in prunis, Sebesten, myrobalani, & aliis multis.

*Delectus ab  
odore.*

Ab odore autem ea de causa sit medicamentorum delectus, qui odor suavis spiritus reficit, vires instaurat, partes principes exhilarat, & facultates roborat. Grauis odor & fœtidus contra, caput ferit & grauauit, membra percussit, ventriculū subuerit, inficit spiritus, nauseam mouet, & difficultem ac laboriosam purgationem efficit, & vomitum saepe concitat. Propterea medicamenta purgantib. & celestariis cardiacis aromata solent misceri, quib. illorum ingratius odor emendatur, & partes principes aduersus qualitates malignas medicamentorum mununtur. Aromata enim omnia corroborant uitam fontem & principium. Proinde suavis odor olio & fætenti præferendus. Hic enim cordi & cerebro inimicus, ille vero vtrumque exhilarat [Galen. cap. 21. lib. 4. simpl.] Est enim spiritui contento in vetrici-

culis cerebri familiaris, quem dum reficit, facultates vegetiores reddit.

## C A P. XVIII.

*Particularis saporum disquisitio.*

**E**x nouem saporibus diximus cum melioris note Medicis [Oribas. cap. 5. lib. 14. collect.] tres esse calidos, tres frigidos, & temperatos tres. Calidissimus omnium est acer, qui à calore nostro excitatus, à quo in aestu de potentia reducitur, mordicat, & rödit, ignea qualitatis sensum exprimit, & propemodum exurit, ut capsicum, leuipiper Indicum, ut pyrethrū, ut flammula.

*Sapor aceris  
qualitas.*

Sunt autem acrum multa genera [Galen. cap. 17. lib. 4. simpl.] nam alia sunt ignea & siccā, quartum caloris gradum superantia, & venena sunt, ut sublimatum, calx, & arsenicum. Alia cum igneo calore multam habent humiditatem admixtam, à qua dulcia quodammodo sunt, & elui apta, ut allium, cepa, porrum, nasturtium hortense, & similia. Alia iuxta tertium ordinem continentur, ut galanga, piper, sabina, thlaspi, arum, helonium. Alia moderate talia sunt, ut hyssopus, thymus, anisum, coriandrum, raphanus, origanum. Sunt & acria quādam absolute & simpliciter talia, & quādam alias saporibus permixta, ut quā actia sunt, simul & amara.

Amarus sapor acriproximus est, præser-tim qui ex tenuium partium terrestrium afflatione oritur, habetque vim non rodendi, ut acer, sed detergendi magis, quam falsus, adeo ut lingua moleste exasperet.

[Paul. Ægin. cap. 1. lib. 7. Galen. cap. 10. lib. 4. simpl.] Est vero duplex; unus calidus; iam dictus, qui ex partium terrestrium afflatione generatur, quo modo dulcia sunt amara, vel coctione, vel vertustate: alter frigidus, qui ex vehementi congelatione fit, velut in opio, in cichorio sylvestri, in lactucis, cicuta, & fructibus quibusdam immaturis, vel qui sit à coctione inchoata, seu imperfecta, vel potius à calore remisso, qui pro frigore habetur, ut aliis ab intenso. Vix enim

*Amarus  
sapor.*

*Omnia aro-  
mata esse  
cardinata.*

enim mixtum datur, quod naturis & qualitatibus diuersis non sit praeditum. Vnde mirum non est, si *opium* & *cicuta* partim sint calida, partim frigida. Scriptulus enim *cologynthidos* poterit aqua duabus libris amarorem, non calorem, nisi valde occultum & perpusillum inducere. Schegkius tamen putat, nonnulla propter amaritudinem calida esse, sed abstrusa & occulta vi refrigerare, ut *opium* & *cichorium*. [lib. de occultis medic. facul.] Est autem amarus sapor vel simpliciter talis, ut in aloe, vel aliis saporibus permixta, ut in *absynthio*, cui coniuncta est stypticitas seu astrictione, ut etiam in multis fructibus experimur, qui perfectam magnitudinem nondum adepti, saxe sunt acidamari, maturi vero simul & amari, & acido dulces.

*Salsus.* Salsus sapor amaro finitus est, sed minus calidus & siccus propter aqueam humiditatem, à qua substantia terrena in eo temperatur. [Orib. & Gal. cap. 20. lib. 4. simplic.] Proinde moderate abtergit, linguaque abluit moderatius, quam amarus, estque gustantibus satis gratus, aliquid habet astrictionis, non tamen quæ linguam contrahat, ut sapor austerus, vel acerbis.

#### Quotuplex.

#### Acidus.

#### Diniso.

Est autem salsus sapor duplex; unus naturalis, artificialis alter. Naturalis, ut in sale, in aqua maris, & in salibus multis fossilibus. Artificialis, ut in lixiu, calce, capitello, & in salibus chymicis.

Acidus omnis sapor ex se frigidus est, siue talis sit à natura, ut in his, quibus frigida intemperies tenuitati substantiae coniuncta est, ut in *succo limonum, arantiorum, acetoso, agresta, & similiu;* siue ex accidenti, ut à putredine, [Aet. cap. 1. tetr. 1. serm.] qua ratione vinum acidum dicitur, non tamen absolute; Est enim acrimonie eiusdem particeps, ut docet Galenus libro 1. simplic.

Hinc acidus saporis alia statuitur divisione, in eum videlicet, qui exacte talis est, nullius alterius saporis particeps, cuiusmodi sunt enumerati succi, & in eū, qui nō exacte acidus est, sed cum alio sapore coniunctus,

siue dulci, seu amaro, vel aceri. Hinc acidodulces fructus, ut *mala punicia, pruna, mora, cerasa*. Multi quoque fructus cum aciditate amarorem habent adiunctum, ut *mala persica & cerasa quædam*. Acetum autem est acrimonie particeps, & mixtae qualitatis, ut loquitur Galenus cap. 19. 21. & 26. lib. 1. simplic. propter caliditatem acquisitam. Vincit tamen in eo aciditas acrimoniam, ut acrimonia aciditatem in oleis sulphuris & vitrioli arte Spagyrica eductis, quæ propterea linguam vellent & rodunt, & sola exhibita insigniter calefaciunt. Porro sapor acidus, quantum ad impressionem in lingua attinet, penetrat, mordicat, deterget, vellicat, sed citra calefactionem, nisi mixtam habuerit aliam qualitatem, inquit Galenus cap. 2. lib. 4. simplic. in quo discrepabat ab aceri, quanquam acida terrâ fermentate ob partium tenuitatem, cum caliditate à putredine nata.

Austerus sapor siue stypticus moderate linguam & os constringit, exasperatque, atque quodammodo siccat & refrigerat, estque valde peculiaris multis fructibus immaturis, ut malis cotoneis, cornis & pyris multis, praesertim agrestibus. Consistit in media materia, quæ scilicet terrestris & aquæ est naturæ particeps, & in qua frigiditas dominatur. Quare sapor omnis austerus frigidus est, moderate astringit, & fluxiones repellit: differtque ab acerbo, quia magis aqueus minusque strigit & exasperat: Curiuscunque enim saporis vires aquæ retundit ac hebetas humilitas, inquit Galenus cap. 7. lib. 4. simplic.

Cum autem naturalis calor in ea ipsa materia dominari ceperit, & aqua illa materia terrena mixta pepansim, hoc est, maturationem acceperit, tunc depulsa, ac evicta aucta austeritate in eadem materia succedit dulcedo: sive dulcescent fructus austeri post maturationem, non tam materia, quam qualitatis mutatione.

Acerbus sapor ponticus & stypticus aliquando dictus, ab austero maioris tantum & minoris ratione dissideret [Aet. cap. 1. tetr. 1. ser. 1.]

*ser. i.* [Eo enim grauior & molestior, atque os & linguam magis constringit, & asperitate validiora coarctat.] *A.H. c. 4. lib. 2.* In materia siquidem magis terrena sicque consistit, nec aquae humiditatis manifeste particeps, in eaque non calor, sed frigus cum siccitate dominatur; nam *acerbum omnne frigidum est*. Est vero maxime conspicuus hic sapor in *galla*, in *mespillis* & *sorbis* immaturis.

*Dulcis.*

*Dulcis sapor gustu suauis est.* Et *incudus*, & ventri ac visceribus amicus, inquit Gal. c. 14. lib. 4. *simpl. com. ad aphor. 37. lib. 5.* quia caliditatem habet mitem, seu temperiem laudabilem, quare dulcia solum nutrunt, & infans in utero solum trahit sanguinem dulcissimum. Ab *vinctuoso* vero dulce distinguatur, quod minus sit gustu iacundum, cum alioquin temperamento conueniant, & fere similes in lingua impressiones faciant. Quod enim dulce est, linguae fibras lenit & dilatat, asperitatem demulcet, & quicquid inhaeret linguae, abluit. Elucet vero dulcis sapor potissimum in *saccharo*, *melle*, *manna*, *glycyrrhiza*, *lacte*, *pepsulis*, *in iubis*, & *fructibus* *naturis*. Eius saporis à Theophrasto quatuor species constituantur, lacteus, melleus, aquosus, vinosus.

*Vinctuoso.*

*Vinctuoso* sapor, qui & oleosus, & pinguis dicitur, dulcis est, & nutrit. Et quicquid nutrit, ex genere est *dulcium*, ait Gal. c. 9. lib. 4. *simpl.* Inter se tamen dissident, quod dulciū humiditas aqua sit, pinguiū aerea, vnde celester in igne liquecunt, & eduliorum sunt potius condimenta, quam alimenta [c. 10 lib. 3. de aliment.]. Exasperatas enim lingue partes leniunt & implent, vt *buxyrum*, *medulla*, *oleum*. Est vero sapor *vinctuolus*, vel *exquisite talis*, vt sunt oleosa & pinguis; vel *moderate*, vt *radix althea* & *liliorum*.

*Insipidus.*

*Insipidus* sapor ad dulcem accedit, deficit vero magis ad frigiditatem, ob aquam substantiam ab infinito calore minus elaboratam, inueniturq; in rebus imperfecte coctis & frigidis: nam *alimentum omne ex insipido puto sum est* [Galen. cap. 64. lib. 2. de

*facult. alim.*] Proprie vero in *aqua citrullo*, *cucurbita*, *blito*, *spinachiis*, & similibus obseruat: nulla enim manifesta qualitate linguam afficit, nec proprius sapor est, sed saporis velut quedam priuatio, vt nominis indicat notatio. Latinus *fatum* solent appellare, quod nulla qualitate manifesta sensum excitet, impressionem vero relinquit ei fere similem, quæ ab *hydræleo* existatur.

C. A. P. XIX.  
*Quis medicamentorum delectus à sa- poribus sumatur.*

**N**ATVR. & nostra conservatio in sanitate; sanitas in temperamento consistit: à quo, quæ magis recedunt, maligniora sunt iudicanda; & quæ naturæ nostræ magis sunt affinia, eo salubriora. Ex saporibus autem acer & amarus maxime sunt naturæ nostræ alieni & ingrati; dulcis familiaris & amicus. Quapropter quanto medicamentū purgans ab acri & amaro magis recedit & longius, tanto minus malum putandum est. Nā quæ exacte acria sunt, pessima ha- bentur & nocentissima, vt *euphorbium* & *criapessima thymelea*, quæ ob acrimoniam & caloris vehementiam viscera exulcerant.

His proxima sunt acria simul & amara, vt *succus rhamni*. Ab his quæ exacte amara, vt *coccygnthis*, & *cucumeria sylvestris* *succus elaterium* dictum.

Quæ acria & amara sunt simul, & styptica, vt *aloë*, (quæ *venas potius occulat*, mara. quam aperit, contra Serapionem) non ita *aloë* ve- mala. Minus adhuc mala, quæ acria sunt & *styptica* simul, vt *epithymum*. [Diose. c. 24. lib. 3. Galen. cap. 4. lib. 5. meth. Pint. cap. 4. lib. 27.]

Amara & styptica omnium minime ma- *Amara &*  
la, vt *rhabarbarum*, *rabynthii ponticum*, *styptica*. Licet enim amara omnium minime putre- scant, minimeq; vermes procreant, atta- men quæ exacte talia sunt, cum omnibus prope animalibus, nedum hominibus, elui inepta sint, authore Galeno, c. 19. lib. 4. D. *simplis.*

*simplic.* quo sapor aliquis est minus amarus, eo magis felicendus.

*Dulcia saluberrima.*

In bonorum & salubrium genere, saluberrima sunt dulcia, ut *cassia*, *manna*, *mel*, *glycyrrhiza*, *zizipha*.

*Insipida.*

Secundo his proxima insipida, ut *althea*, *lapatum*, *violeta*.

Tertio, dulcia & acida simul, ut *pruna*, *tamarindi*.

Quarto, dulcia & amara, ut *polypodium*.

Quinto, dulcia, amara, & styptica, ut *rosa*. Quæ enim astrictionem habent, salubriora judicantur. Ideoque quibus medicamentis purgantibus à natura non datur astrictione, ea sæpe adiicitur arte.

#### C A P. XX.

*De tempore colligendi medicamenta,  
quamdi uis eorum perduret, &  
quo tempore melior.*

**I**LTA medicamenti dispositio, quæ ex-trinsecus acquiritur, quæque magnam vim habet ad ea ipsa feligenda, vel ortum habet à tempore, quo colligenda sunt, vel à loco, in quo sunt asservanda. De tempore vero tria hæc scitu dignissima sunt: *Primū*, quidam sint colligenda. *Secundū* ad quod vñq; tempus vis eorum integra perduret. *Tertium*, quo tempore melior ac virilior existat. Quædam enim recentia meliora sunt, quam vetera: alia contra, vetera, quam recentia: alia medio tempore.

*Quo tempore colligenda medicamenta.*

*Quoniam tempore quadam radices colligenda.*

Quod attinet ad primum, dicimus, medicamenta tunc esse colligenda, quando vis eorum melior est, ac virilior. Verum enim uero non æque ac vno & eodem tempore omnes stirpium partes efficaces sunt & salutares; Nam alio tempore radices, alio stirpi seu caules, alio folia, alio flores & fructus, semina, succi, lachrymæ colligi debet.

Sicque radices singulis anni constitutio-nibus possunt colligi, & non autumno tam, ut placuit Dioscoridi, Auicennæ, & aliis multis. Neque etiam vere solo, ut vo-

luit Saladinus: sed nonnullæ quoquis tem-pore effodi queunt, & colligi, quæ scilicet semper vegetæ sunt & succulentæ, licet caulis aruerit, cuiusmodi sunt radices *benglossi*, *acetosæ*, *glycyrrhiza*, *osmunda*, *regalis*, *apii*, *rufi*, *cyperi*, *cyclaminis*, *tiliori*, *althea*, & aliorum quamplurium. Nonnullæ cum primum suis foliis exuuntur, quo videlicet tempore vis plantæ confugit ad radicem, tuncq; magis est percoctus humor, quam alio tempore, ut *enula*, *campana*, *angelica*, *paeonia*, *bronia*, *buglossum*. Quædam vero euellenda ac colligendæ ante quam in stolones, folia, flores, & semen rotata plantæ vis abeat, ut *polypodium*, *iris*, *sigillū beatae Mariæ*, *gentiana*, *satyrium*. Quædam tamen vere & autumno collectæ optimæ sunt, ut radix *altheæ*, *tiliorum*, *eringiorum*, *acori*, *oxalidis*, *raphani*, & multorum, quæ copio-sum naturalē succum continent.

Stipes autem & caules colligendi sunt, Quando stirpium perfecti fuerint: folia & flores, ante pites, folia quam sponte decidunt; semina, cum secca- & flores, ri cœperint, & antequam excidant, tunc &c. eniā magna ex parte perfecta sunt: Fru-ctus, ubi maturerint. Succi herbarum & foliorum, germinantibus adhuc cauli-culis.

Lachrymæ vero eliciendæ & exprimen-dæ inciso caule per adolescentiam, ut vere *Omnia*. nouo, aut æstatis initio, dum in stipitem succus ascidit. Omnia vero, si fieri possit, cœli constitutione serena colligenda sunt, confilio Dioscoridis.

Quamdiu autem vis medicamenti non De duratio-medio purgantis, sed etiam alterantis & ne virutis roborantis perduret, nō definite statui posse medicamē-test, ac iudicari. Cum enim sua sit cuiusque torum. artas, & suum in singulis vetustum ac recēs, non idem est omnium durationis tempus. Nam *rhabarbarum* trium annorum adhuc recens est ac masculum, hoc est, potens ac validum. Alia citius ex oleescunt, ut ex radici-bus, quæ tenues sunt & substantiaræ ræræ, velut radix *phulasati*, *satyrionis*, quæ effi-caces & valentes anno tantum durant. Nonnullæ quinq; vel sex, ut *aristochia*, *cyperus*,

*eyperus, tufca; alia decem, vt centaurium maius. Et, vt placet Theophrasto, alia triginta annos durant, vt *veratrum*: alia quadraginta, vt *chameleo niger*: & quædam centum, vt *elaterium*. Et si vera narrat idem author, *elaterium* repertum est ducentorum annorum, quod optimum erat & pretiosum. Ideoque in genere vix statui potest, ad quod vique tempus vis medicamenti, præsertim purgantis, perdureret efficax, sed speciatim tantum de singulis, cum de his particulariis differetur in officina pharmacopolarum, vbi medicamentorum comppositio fusissime declarabitur.*

*Hæc tamen regula generalis de his statui potest, si non perpetua, saltem in plerisque vera, vt que medicamenta rara teniq; substantia constat, quaque plurima luxuriant humiditate, breviore tempore durant efficacia. Que vero crassa & solida, minusq; humida, longiore; quia vis eorum non ita facile exoluntur aut perit.*

*Quando vis medicamentorum præstantior.* Tertium superest inuestigandum, quo scilicet tempore vis medicamentorum purgantium sit melior; cum alia recentia sint meliora, quam vetera; alia contra; alia ætate media. Arque vt hæc dignotio certa sit, & electio optima fiat, desumi debet ex quibusdam saporum differentiis, & ex substantia varietate, quibus iudicamus, recentia quædam vetustis esse meliora, vt stypatica, vt amara. Quæcum propter insitam siccitudinem mala sunt, vetustate sunt deterioriora, quia siccitas in his tempore augetur. Recentia vero humiditatem obtinent, quæ in ipsis excessum tum caloris, tum siccitudinem temperat.

*Quæ etiā virtute imbecilla sunt, vt flores violaril, borraginis, hyacinthorum, buglossi, roris marini, vel quorum in superficie virtus est posita, ob idq; facile resolubilis, propter substantiam raritatem, ea recentia vetustis sunt meliora, vt flores pene omnes, quorum præsertim odor cito perit.*

*Quando vetusta meliora.* Contra vero vetusta quædā recentibus meliora sunt; primum quidem acria, quæ senuum sunt partii, quia igneus calor in

superficie positus, à quo mordent & vrūt, vetustate exspirat. Quæ vero acrimonia intus remanet, tempore mitelicit & frangitur, vt de *euphorbio* narrat Galenus cap. 2. lib. 3. de comp. med. gen.

De *allio* & *cepa* non est eadem ratio, quoniam acrimonia à calore est cum humiditate multa coniunctio, qua absunta, redduntur actiora: proinde recentia sunt meliora.

Secundo, quæ validam habent à tempore virtutē, & difficile resolubilem, ob substantię densitatem, nec in superficie positam, sed intus reconditam, ea vetera recentibus sunt meliora: quæ enim est in his excrementitia humiditas, ac superflua, tempore absuntur, manente naturali, ob substantię densitatem.

Media vero ætate multa meliora sunt: *Quæ media* Primo, dulcia: Secundo, insipida: Tertio, *ætate me-* *salsi*. Dulcia quidem, quia recens collecta *hora*, ob humiditatem multam indigestam flatulenta sunt; vetustate vero amarescunt.

Insipida etiam recentia humore superfluo abundant, à quo flatulēta sunt & nau-seabunda; antiqua vero exanimata sunt.

Salsa denique nec valde recentia, nec vetusta debent esse: hæc enim propter auctam siccitudinem & desumptam humiditatem propriam amara sunt & acris, proinde deterioria; illa vero propter superfluum humiditatem ventriculum turbant ac subuentur.

Antiqua autem & recentia pro cuiusq; natura, non ex dierum, mensium, vel annorum parin numero sunt intelligenda: unde vetustum ac recens in omnibus æque *Vetus* *recens* statui non potest, cum non eodem dierum *non omni-* numero omnia perduren omnino, sed *bis aquum*. alia citius, alia tardius senescant.

## C A P. XXI.

*Quæ medicamentorum purgantium ex loco sumatur delectus.*

*M*EDICAMENTVM purgans benignum à malo secernitur loco; vel natali, in quo

in quo plantæ nascuntur & viuunt; vel alteri plantæ vicino aut remoto; vel soli propinquo, aut remoto magis; vel illi exposito, aut obtenebrato. Neque enim parui est momenti, quo quæque loco planta proueniat, cum ab eo vñā cum alimento virtutē quoque alliciat, quam ipsa natura ipsi loco impertivit, [Galen. cap. 1. lib. 3. de sympt. caus.] Arbor enim ex Perside non solum in Numinidam & Ægyptum translata, malignam qualitatem deponit, sed etiam apud nos adiecta salutaris est, & poma fert esui gratissima & salubria.

**Cloacarum  
fator ac pu-  
tredoplant-  
tas insalu-  
bres reddit.**

**Hortorum  
suburbano-  
rum insa-  
lubria olera.**

**Calida loco  
calido nata,  
qualia.**

Locus autem, in quo planta & medicamenta à plantis desumpta proueniant, vel est congestius, & simo, cæno, tetrico, halitibus conspurcatus, vel liber ab omnibusolidis inquinamentis, vel calidus aut frigidus, humidus aut seccus.

In loco libero, cloacarum sentinam & fordes non admittente, plantæ medicamentosæ, atq; etiam alimentares proprietatem acquirunt suo generi & propriæ naturæ debitam ac conuenientem, dum naturali sua facultate attractrice humorem ex terra sibi familiarem attrahunt, & in suu nutricatum conuertunt; ut quæ dulci gaudent humore, dulcè; quæ amaro, amarum; quæ falso & nicroso, salsum & nitrosum.

In loco vero nō libero & coacto, ut sunt horti suburbani, qui magis sumum, quam terram redolent, aliqui melones, cucumeresque aiere minus idonei, non suo generi, vel naturæ debitam, sed rei admixte, ut simi vel alterius rei acquirunt proprietatem. Proinde melones, lactucæ, aliaque olera, quæ in eiusmodi locis putidis aluntur, insalubriores. Et omnia medicamenta, quæ in loco libero nascuntur, meliora, & potius eligenda.

Quæ vero immoderate calida sunt, in loco calidiore nata, deteriora sunt; frigida, in frigidiore. Lociem ad platas similitudo qualitatem & malitiam intendit & auget, dissimilitudo temperat ac reprimit. Vnde quæ humido abundant excrementatio, ut surperhum, hermodactilos, polypodium, in lo-

co humidiore nata & educata, quia propter humiditatem terre siccitas & acrimonia retunditur, ut ex pyrethro, hydrocipere, & aliis quam multis est notum.

Vicinia autem & societas plantæ vnius ad alteram, qualitatem aliquando meliora, & sepe deteriorem efficit: proinde nec est ad medicamentorum delectum a-spernanda.

Lupini enim vitem meliorem reddunt, quod racemos ferat dulciores, si iuxta eam lerantur; iaphanus hermodactilos.

*Epithymus ex thymo laudatur: improba-tur, qui colligitur ex ocymo. Polypodium quernum optimum est: quod ex muris & parietibus verutis colligi solet, dannatur.*

*Cassia quoq; arbor in agro sola, vel eiusdem arboris vñica filia quæ melior. Contrarium vero de colocynthide verum esse super-iarius, cap. nempe 8. huius lib. ostendimus. Quedam enim vicinia & numero melio-ra, alia deteriora sunt.*

A loco autē subsolari, seu soli, vel astris quibusdam magis propinquo aut remoto, quedam meliora existunt, aut deteriora. Sic *senna orientalis*, *iris Illyrica* & *Florētiana*; *angelica Hispanica*, *thymus Creticus*, *bitumen Iudaicum*, *cuminum Æthiopicum*, *petroselinum*, *Macedonicum*, *capillus Veneri* Mompelliensis, *stachys Arabicus*, *opium Thebaicum*; *amomum Scythicum*, *mastiche Chia*; *pruna Damascena*; *manna Calabrensis*, *rhabarbarum*, hoc est, radix Barbaræ, *Arantia ex agro Narbonensi* adiecta meliora, quam aliunde creduntur, ob terræ proprietatem, & cau-sæ efficientis, nempe cœlestis, virtutem.

Verum à Solis & syderum aspectu, & vicinia parum certa est indicatio, & maligni à benigno parum tutus delectus; quoniam vix scire possumus, quo loco quæque proueniant, vicina aliis necne; aut quæ astræ benigna vel maligna quæque respi-ciant, estque fides penes eos, qui vel radices effodiunt, vel reliquias plantarum par-tes colligunt.

Et quemadmodū in quibusdā numerus

viii

vim immutat & qualitatem, vel intendit, vel remittit, ut pomum *coleoynidos* in plāta vnicum ostendit; sic etiam magnitudo, aut paruitas: nam vis plantae & terra diffusa, multisque remissior est: coacta vero in plantam vnicam, aut vnicum fructum, valentior. Multi tamen fructus paruitate, ut *capparis* & *Massilienses fici*; alii magnitudine, ut *semen carthami* & *medullola semina* laudantur.

## C A P. XXII.

## De delectu medicamentorum purgantium à facultatibus sumpto.

**Q**uod modo medicamenta purgantia feligi debeant, indicatione sumpta ab illorum substantia, temperamento proprio, qualitatibus secundis temperamenti sequentibus, à dispositione extrinsecus acquisita; ratione loci, temporis, numeri, magnitudinis & paruitatis, breuiter, perspicue tamen ostendit. Superest, ut corundem delectum, qui à facultate purgatrice sumitur, paucis adhuc perfringamus. Ea autem licet inuenitur à primis & secundis qualitatibus, cœlestem tamen, ait Mesue, fortitur originem, & eam proprietatem habet specificam, qua medicamentum in ventriculo receptum, & à nostro calore sollicitatum, humorē sibi familiarē, ut alibi notaūimus, exvenis & meatibus corporis sensum effugientibus, ad se, ac in alium atrahit: tuncque grauata natura & medicamenti & humoris attracti onere, viam utriusque parat ad excretionem; aut vomitus per os, aut deiectione per inferiora. Vnde purgantium medicamentorum duo genera distinguntur; vnum vomitorium seu deictorium; alterum deiectoriū: que distinctio ab excretionis seu vacuacionis modo sumitur.

Est vero deictorium vomitorio per se optabilius, cum natura viam inferiorem expurgandis recrementis dicauerit; superiorem vero excipiendis alimenis. Vnde frequentius, dum sua sponte agit natura,

nulla lacepsita causis morbificis, per loca conferentia, inferiora nempe ducit, seu deicit. Interdum tamen vi medicamenti per se vomitorii, aut humoris turgentis impetu prorata, medicamentum & humores simul foras per os excludit. Quo fit, *πηρεγκολος*, vt electoria deiectoriis aliquando potiora *ων* quomo- & utrilibet, vt his accidit, quibus prima cor- dopurgandi.

poris, & maxime superioris ventriculi regio multa bile saturata est, quæ propter leuitatem & tractionis facilitatem facilius & citius per vomitum extruditur. Propterea his & gracilibus, qui ut plurimum biliosi sunt, Hippocrates imperat vomitum, præsertim aestate: *Graciles*, inquit *Aphor. 6. lib. 4.* & ad vomendum faciles, per superiora purgandi, cauendo hyemem. Et *Aphor. 40. lib. 4.* Estate superiores magis ventres, hyeme inferiores purgare decet. Humor enim crassior & frigidior hyeme collectus per secessum facilius educitur. Vnde peritus Medicus aliquando deiectoriis, & nonnumquam electoriis vtitur, prout humoris turgentis conditio postulat, & ægri natura facile fert. *Nemo enim cogendus est vomere*, ait Galenus *libr. 1. de loc. affect. nif sit ad vomendum proclivus*. Et tabidi nunquam per vomitum purgandi. *Nec qui pectus habent angustum*.

*Quod si vomitus aliquando, quibus cō-* *Quo vomi-*  
*uenit, imperandus, per ea concitetur mo-* *toria feligen-*  
*dicamenta, quæ sine molestia graui ventri-* *da.*  
*culum subuertunt, minimeq; per elleborū Aduertant*  
*album, Galeni iudicio. [libro quo, quando, iuniores Me-*  
*& quib. medicam.] ne vas aliquod thoracis dici, vomito.*  
*disfrumpatur. Minus adhuc multo per fi-*  
*biū, quo vasculares multos, & in-*  
*terdum seipsos intermixunt, ut ex mirabili cuiuscunq;*  
*constat historia apud Cornelium Gem-*  
*atari homi-*  
*nibus indif-*

*Idem delectus feruandus in cæteris pur-*  
*gantibus, ut benigniorib. semper vitam scribentes,*  
*morbificis humoribus analogis: Nam oper-*  
*tert biliosis dare cholagogum, ait Galen. pitui-*  
*ratione mor-*  
*tosis phlegmagogum, melancholicis melana-*  
*bi.*  
*gogum: aliter grauiter peccatur.*

*Sanguini autem per os, aut sedem purgan-*

D 3 do, nullum

Sanguini  
purgando  
medicamen-  
tum non  
dandum.  
Historia  
notanda.

Herba san-  
guinem pur-  
gans.

do, nullum prescribitur medicamentum hemagogum, quia ingulare, non purgare homines foret, ait Galenus cap. 1. lib. de purg. med. facul. Quod confirmat historia cuiusdam rustici Thracii Bithinientis, qui herbam inuenit, quam si quis assumpsisset, sanguinem primo, tum vitam emittebat. Multis itaque hoc pacto morientibus, cum hoc facinus diligent inquisitione dignum arbitraretur magistratus, veneficum comprehendit, qui interrogatus, a quo tam delectum edidisset venenum: Respondit, a nullo didicisse; verum cum in suburbanum aliquando iecur suillum deferret, urgente ventre super herba quadam iecur deposituisse, quod aliquanto post, cum sustulisset, vidisse ex vniuerso iecore vniuersam sanguinem ad herbam confluere. Ex hoc conjectura facta corpori sanguinem ea detrahi posse, periculo mox in obvio quodam facto, ut verum comperit, quod fore iudicabat, ad malos vsus herbam deinceps transtulisse; se tamen alicui hanc herbam, qua in illa regione erat plurima, monstrasse negavit. Hęc veneficus inter tormenta retulit, & vindictis oculis ad crucem ductus est, ne inter eundem herbam indicaret.

Relictis igitur medicamentis, quae san-  
guinem ducunt, tanquam venenis, alia 2-  
ta partibus  
liis humoribus analogā non modo feligē-  
da, sed etiam quæ partes quasdam affinita-  
te respiciunt. Sic prudenter Medici pre-  
scribunt agaricum, fraxadem, betonicam  
ad capitul multos affectus; mannam & cas-  
siam ad thoracis & renū morbos; Aloen,  
myrobalanos, absynthium ad ventriculum  
purgandum & roborandum; Sennam, a-  
splenium, seu scolopendrium ad lienem;  
Hermodactilos & chamepyrum ad articulos;  
Saluiam & rorem mariſnum ad neruos.  
Non ita tamen astricta sunt cuiquam parti  
hęc medicamenta simplicia, quin alii  
quoque conueniant.

Et quemadmodum familiaritate qua-  
dam multa medicamina, siue simplicia, si-  
ue composita, peculiariter certam partem  
roborant: Sic nonnulla opposita ratione  
partes corporis quasdam destruant, vel  
manifeste lēdunt, ut *lepus marinus* pulmo-  
nes, *cantharides* vesicam, *cicuta* cerebrum,  
ut *superius* notatum est. [Gal. cap. 1. lib.  
1. compos. medic. per ge-  
nera.]

FINIS LIBRI PRIMI.

INSTI-